„ tur, ut successiue in bibliothecam a principio sunt illata; numero libri
„ sedes ostenditur, addito pluteo in quo liber continetur; et si quando au-
„ thoris alicuius nomen aut operum tituli desiderantur, nihil intentatum
„ omnino relinquitur, donec in lucem proferantur. Quo factum est, ut ma-
„ gno cum bibliothecae emolumento supra terna authorum millia, qui in
„ bibliotheca diu latuerant, in hominum conspectum sint educta, et index
„ tam facili et aperto ordine constet, ut cuilibet imperito ad quaeuis in-
„ uenienda uolumina iter aperiat expeditissimum. Angelus Rocca Tagasten-
„ sis antistes, pontificii sacrarii praefectus Xysti magnificentiam et opus

„ edito uolumine celebrauit. Immensae moli summam imposuisse Paulus Quin-
„ tus uideri potuit, qui aedificationem amplificauerit, et pari splendore exor-
„ nauerit; archiuo praesertim extructo, ubi ex uetere Iulii primi instituto
„ arcana romanae sedis monumenta, quae uariis sedibus diuulsa latebant,
„ seruarentur pontificis tantum arbitrio promenda. Pluribus quoque mil-
„ libus uoluminum ueterum latine et graece scriptorum thesauros biblio-
„ thecae Paulus cumulauit, pleraque monumenta senio deformata restituens
„ et nitorem plurimis aere non paruo concilians. Cumque nullo censu biblio-
„ theca ad eam diem instructa quandoque magnis urgeretur angustiis, aes
„ perpetuum illi ex uetusti sacerdotii fundis attribuit, et ita ornamento ac
„ firmitati molis augustissimae in posterum opportune consuluit „.

Quae Ferdinandus de Carolis oratorio stilo involvit fortasse magis quam explicat, facillime declarabo. Codices in novam sedem a Xysto V translati distributi erant in classes et pluteos, ad eam fere normam, quam Bartholomaeus Platina constituerat designans loca librorum iussu Xysti IV. Eadem fuit forma bibliothecarum veterum et in earum pluteis designatio librorum, quemadmodum expositum est toto capite septimo. Itaque Baronius in Annalibus codices Vaticanos citat secundum pluteos et seriem librorum in unoquoque pluteo: e. g. codex nunc censitus inter Latinos n. 600 a Baronio citatur plut. III, 153 [1]. Aucta sensim continuis fere incrementis bibliotheca, nonnunquam insigniter ampliata accessione magnae alicuius copiae librorum, quemadmodum Ursinianae, cuius paullo supra memini, distributio in classes requirebat, ut singulis codicibus plutei et loca adsignarentur titulis et argumentis eorum convenientia. Quo pacto ordo librorum perpetuis mutationibus obnoxius erat; tabulae recensionis codicum continuo interpolandae

[1] Annal. ed. Luc. tom. XI p. 65.

erant; vel tota de integro, per haud longa temporis intervalla, recensio instauranda. Recte igitur et provide a Rainaldis fratribus, de bibliotheca Vaticana quam qui maxime meritis, consultum est, secundum ea, quae Ferdinandus de Carolis exponit, Caesaris praesertim Baronii ore testata. Praesides bibliothecae, quorum auctoritate totam rem a doctis viris in consilium adhibitis attente discussam definitamque esse et a Rainaldis exequutioni mandatam nunc discimus, fuere: Antonius Carafa bibliothecarius a. 1585-1590; M. A. Columna a. 1591-97; Caesar Baronius a. 1597-1607; Ludovicus de Torres a. 1607-1609; Scipio Burghesius a. 1609-1618, Scipio Cobellutius a. 1618-1626. Tantae consultationis et tam diuturni operis fuit designationi et indicibus codicum Vaticanorum eam normam praescribi praescriptamque exequutioni mandari, quae bono rei litterariae et doctorum hominum commodo etiam nunc durat; neque, ut Ferdinandus de Carolis iure monet, mutari poterit, quin maxima et paene irreparabilis totius bibliothecae perturbatio fiat.

Praeterea Ferdinandus de Carolis innuit, quo tempore ordo et descriptio codicum firmiter stabilitae sunt, Paulum V providisse, ut constitutio archivi a bibliotheca publica rigidius quam antea secernendi, secundum vota et decreta decessorum tandem perficeretur. Historiam archivi cum bibliotheca eiusque administratione coniuncti, sed in secreto conclavi sepositi a Xysto IV ad Paulum V, item scrinii secretioris in arce molis Hadrianae, Caietanus Marinius diligenter persequutus est in commentario saepe laudato (p. 17-30): cui tanquam praecipuo fundamento innituntur qui deinde de eodem argumento scripsere [1]. Marinius (l. c. p. 30) incertus

[1] Consulendi tamen sunt: Blume, It. Ital. III p. 24 et seqq.; Gachard, *Les*

haeret, quae in procuratione huius archivi a Paulo quinto constituti partes et munia fuerint Michaelis Lonigo Estensis. Mihi vero nuper contigit reperire insigne volumen authenticum gestorum constitutionis archivi decretae a Paulo V, et plenissimae descriptionis librorum, qui e bibliotheca aliisque locis sumpti sunt in illud inferendi. Auctor descriptionis est Michael Leonicus, de quo in eiusdem voluminis praefatione anonyma, cui titulus: « *Erectio novi archivi bibliothecae Vaticanae* » legitur: « *Ne vero tanti operis curator deesset, idem sanctissimus dominus noster Paulus V Michaelem Leonicum u(triusque) i(uris) d(octorem) clericum Estensem Paduanae dioecesis, virum impigrum, cuius fidelitatem in pluribus fuerat iam antea expertus, eiusdem archivi praefectum constituit, ut eius studio et diligentia archivi et scripturarum negotium antea neglectum ad votum sanctitatis suae optime in posterum dirigeretur* ». Paulus quidem sanxit, ut primus bibliothecae custos praefecturam item regeret archivi: quare Nicolaus Alemannus, tunc custos bibliothecae, testatus est Leonicum sibi subiectum fuisse [1]. Sed allato praeclaro documento nunc constat eum, sin minus iure *autonomae* praefecturae, re tamen et facto gessisse praecipuam curam exequendi mandatum de constitutione novi archivi Vaticani. Sane in citato volumine post praefationem statim sequitur: « *Annotabimus infra regesta pontificum et volumina singula, quae mandante sanctissimo domino nostro Paulo V successivis vicibus in novum Vaticanum archivum ex locis variis translata sunt* ». Deinde incipit: « *Volumina ex bibliotheca Vaticana in novum archi-*

archives du Vatican, Bruxelles 1874; P. A. Munch, *Aufschlüsse über das päpstliche Archiv, aus dem Dänischen übersetzt von J. Löwenfeld,* Berlin 1880; et monachi ordinis s. Benedicti auctores prolegom. ad Reg. Clementis V. p. XLII et seqq.

[1] V. Marini, l. c. p. 30.

vum primo illata »; subiecta est descriptio voluminum 258, quo statu essent, quo modo restaurata sint et denuo compacta in volumina 279. Eodem modo refertur de voluminibus secunda, tertia translatione et deinceps sumptis e bibliotheca, e *camera apostolica* aliisque locis variis. Describuntur in totum volumina illata in archivum fere 2700. Inde praesertim discimus quibus locis, ordine, statu essent regesta, ante quam inferrentur in novum archivum, quae nunc continuam seriem efficiunt voluminum 2019 [1]. Haec prima descriptio novi archivi constat chartis et paginis numeratis 375 formae quartae maximae splendide compactis corio rubro ornato insigniis studiose abrasis Pauli V et nescio cuius praesulis. Huius modi volumen in archivum bibliothecae illatum non est. Contelorius enim anno 1627 referens ad cardinalem bibliothecarium de statu bibliothecae et novi archivi, quorum praefecturam tunc susceperat, scripsit: « *alla bibliotheca è congiunto l'archivio Vaticano*...; *non se ne trova indice nè moderno nè anticho* » [2]. Index a Contelorio desideratus per tria fere saecula delituit; proximis annis nescio unde pervenit in bibliothecam privatam, inde nuper emptus est a I. C. Rossi eq. Qui non modo pretiosum volumen mihi utendum ultro concessit; sed probe intelligens valde decere, ut in propria sede huius modi liber tandem collocetur, eum bibliothecae pontificiae dono dandum censuit, et generosi propositi me constituit procuratorem. Qua de re publicas ei gratias ago.

[1] V. Gregorii Palmieri, Ad Vaticani archivi Romanorum pontificum regesta manuductio, Romae 1884.

[2] Cod. Vat. 7763 p. 129; Beltrani in *Arch. della soc. Rom. di st. patria* II (1878) p. 195.

CAPUT XVI.

De indicibus codicum bibliothecae Vaticanae a saeculo XVII ad haec usque tempora.

Postremum hoc caput mei commentarii perstringam brevissime; properans ad ea, quae de hodierna editione praemonenda sunt. In unaquaque enim serie codicum, Vaticana, Urbinate, Alexandrina, Ottoboniana, Capponiana, quemadmodum in Palatina ab H. Stevenson sen. factum iam est, indices veteres et novi, obsoleti et in quotidianum usum etiam nunc adhibiti, manu scripti et typis impressi recensendi erunt et excutiendi. Interim legi possunt, quae de iis summatim dixi in libello saepe citato de bibliotheca sedis apostolicae p. 8-11, 47-53. Sed ne sua cuique laus desit, nonnulla silentio praetereunda non sunt; quae, distinctius quam in libello edito a. 1884, nunc attingam.

Dum a fratribus Rainaldis conficiebantur tabulae codicum Latinorum ad n. 1 usque ad 6025, digestae in tomos sex *inventarii* et unum indicis, quorum capite superiore memini, index codicum Graecorum a Leone Allatio in duo volumina redactus est ad n. usque 1489. Graeci codices tunc extabant 1566, praeter nonnullos Cryptoferratenses nondum numeratos [1]. Contelorius valde optavit procuravitque, ut *inventarium* codicum Graecorum eorumque index locupletissimus a Leone Allatio perficerentur. Incepto viri doctissimi et impigri, praeter mis-

[1] V. Contelori, l. c. ed. Beltrani, l. c. p. 192.

sionem ei datam in Germaniam, ut codices bibliothecae Heidelbergensis Romam deferendos curaret [1], obstitit praefectus bibliothecae suffectus in locum Contelorii, Horatius Iustinianus. Impedimenta ab eo obiecta operi Allatiano narrantur a Stephano Gradio in vita Allatii; quam e schedis Vallicellanis imperfectam edidit Angelus Mai [2], pleniorem repperit Ioseph Cozza in codice autographo auctoris, et mecum amice communicavit. Quae supplementa historiae viri celeberrimi et de litteris ac bibliotheca optime meriti ipse sedulus repertor, spero, in lucem emittet. Indices, quos Allatius perficere haud potuit, et descriptiones codicum Graecorum, quibus series Vaticana ad nostra usque tempora aucta est, continuatae deinde sunt et expletae: praesertim hoc ineunte saeculo a Hieronymo Amati et proximis annis a Iosepho Cozza tunc scriptore Graeco nunc *vice-bibliothecario,* qui peculiare volumen confecit codicum Graecorum Basilianorum (olim coenobii Cryptaeferratae) et Columnensium. Perficiendo operi Allatiano nunc studet Cosmas Stornaiuolo adiutor praefecti musei sacri in bibliotheca Vaticana.

Codices Latinos describi intermissum nunquam est; quum eorum copia in serie Vaticana perpetuo adcreverit et fere quotannis adcrescat. In calce tomi septimi *inventarii,* quo describuntur codices 6026-6458, legitur: *Ego Petrus Colista scriptor Latinus dictae bibliothecae scripsi anno Christi MDCXL pontificatus SSmi D. N. D. Urbani Papae VIII XVI.* Tomus octavus a n. 6461 ad 7058, redactus vertente saeculo XVII, incendio periit; eius tamen schedae prototypae servatae sunt. Renovatus est praeterito saeculo im-

[1] V. Stevenson sen., Cod. mss. Graeci Palat. p. III, IV.

[2] Nova patrum bibl. VI p. V et seqq.

perfecte ab Angelo Battaglini; proximis annis diligentius ab Hegisto Ceccucci scriptore Latino. Nonus a n. 7059 ad 7244, decimus a n. 7245 ad 8471 eodem saeculo exeunte et hoc ineunte ab Angelo Battaglini aliisque scriptoribus confecti sunt. Sed quum tomus decimus primis rudibusque lineis praeparatus potius quam perfectus videretur, ac praesertim collectanea Aloysii Galletti in eo recensita, quae 250 fere voluminibus constant et historiae urbanae medii aevi instrumentum sunt locupletissimum, vix brevibus formulis essent indicata, totum volumen ex integro reficiendum suscepi adiutore Edwardo Marchetti et in duos tomos divisi, priorem a n. 7245 ad 8066, alterum a n. 8067 ad 8471. Praeterea aggressus sum condere tomum XI a n. 8472 ad 9019, quo in opere longo adiutus valde sum a doctis collegis scriptoribus linguarum Orientalium Al. Vincenzi cl. mem. et Paulo Scapaticci v. c. Honoris quoque gratia commemorabo Franciscum Massi cl. mem. scriptorem Latinum, poetam utriusque linguae facultate et elegantia celebratissimum, qui nonnullos codices poetici argumenti excussit descripsitque. Tomum XII a n. 9020 ad 9445 sine adiutore confeci; in quo, praeter codices plurimos argumenti multiplicis et originis variae, descripsi seriem chartarum et librorum manu scriptorum Caietani Marinii a me ordinatam et digestam in volumina 131 a n. 9020 ad 9151 [1]. Denique digessi tomum XIII a n. 9446 ad 9849 nonnunquam vocatis in societatem laboris Al. Vincenzi et Iosepho Cugnoni v. c. In hoc tomo recensentur chartae, libri manu scripti et typis impressi inspersi adnotationibus autographis Angeli Mai,

[1] V. quae praefatus sum ad Caietani Marinii, *Iscrizioni antiche doliari*, Roma 1884, p. III, IV.

cuncta a me prius ordinata et digesta in volumina 115 a n. 9529 ad 9644. Indices auctorum, rerum, locorum, hominum, quorum in tomis XI, XII, XIII mentio fit, mea cura et ductu compositi sunt a Iosepho Gatti. Schedas patrum Maurinorum de epistolis Romanorum pontificum et de conciliis Galliae in ordinem redegit ipse I. B. Pitra v. em. bibliothecarius: inde initium fiet tomo XIV *inventarii* codicum Latinorum. Ceteri codices Latini recens inlati in bibliothecam, quibus nondum certa sedes vel numerus sunt adtributi, nunc ordinantur ab Henrico Stevenson iun. scriptore Graeco et a Generoso Calenzio scriptore Latino: eorumque descriptio inchoata est ab Horatio Marucchi scriptore Latino.

Haec de serie codicum Latinorum et Graecorum, quae proprie dicitur Vaticana. De codicibus linguarum Orientalium nunc non opus est dicere; eorumque mentio aliqua fiet capite sequenti. Ceterae series codicum, statim ac in bibliothecam pontificiam inlatae, instructae sunt descriptione (*inventario*) et indicibus. De serie Palatina diligenter expositum est ab Henrico Stevenson sen. in praefatione ad codices Graecos; neque parum lucis afferent tabulae originum codicum singulorum, quae ab Henrico Stevenson iun. parantur, adiiciendae volumini altero huius editionis. Indices et historia bibliothecarum Urbinatis, Alexandrinae sive Christinae Reginae Svecorum, Ottobonianae, Capponianae, quibus Vaticani thesauri saeculis XVII et XVIII plus quam duplo aucti sunt, illustranda erunt in prooemiis iuxta praescriptum praemittendis singulis classibus codicum Vaticanorum [1]. Interim, si lubet, confe-

[1] Cf. epistolam dedicatoriam I. B. Pitra cardinalis bibliothecarii S. E. R. ad Leonem XIII pont. max. in tomo codicum Palatinorum Graecorum p. X.

rantur quae perstrinxi in libello de bibliotheca sedis apostolicae p. 8-10.

Indices librorum impressorum ab argumento huius commentarii prorsus alieni sunt. Sed propter affinitatem, quae intercedit inter codices manu scriptos et ea, quae appellamus incunabula artis typographicae, non tacebo Aloisium Zappelli scriptorem Latinum superioribus annis confecisse tabulas librorum impressorum saeculo XV extantium in bibliotheca Vaticana digestas in seriem annorum et in tria volumina dispertitas, quibus postea addidit, tanquam supplementum, volumen quartum. Idem recensuit quoque libros Aldinis typis impressos.

CAPUT XVII.

De editione indicum bibliothecae Vaticanae Assemaniana et eius supplementis.

Ineunte saeculo XVIII Ioseph Simon Assemani, quum plutei Vaticani codicum, quos dicimus Orientalium, liberalitate Clementis XI valde ditati essent, anno 1719 edendam suscepit *Bibliothecam Orientalem Clementino-Vaticanam*, cuius tria volumina in lucem emisit annis 1719-1728 [1]. Tum auctoritate Innocentii XIII a. 1721 parari coeptus est *catalogus* plenissimus codicum omnium Vaticanorum typis vulgandus. Anno 1736 opus alacriter proce-

[1] De indicibus codicum Orientalium bibliothecae Vaticanae, item Graecorum vulgatis ante editiones Assemanianas v. Blume, Iter Ital. III p. 100 et seqq.

debat [1]; denique annis 1756-59 editi sunt tomi tres hoc titulo: « *Catalogus bibliothecae apostolicae Vaticanae codicum mss. in tres partes distributus; in quarum prima Orientales, altera Graeci, tertia Latini, Italici aliorumque Europaeorum idiomatum codices: ed. Steph. Evodius Assemanus archiepiscopus Apamensis et Ioseph Simonius Assemanus eiusdem bibliothecae praefectus* ». Totum opus in viginti volumina distributum complecti debuit « *non modo scriptorum nomina ac singulorum voluminum argumenta, sed ea quoque, quae conspicua notatuque digna in codicibus occurrunt* » [2]. Codicibus Orientalibus adsignata sunt sex volumina, Graecis quattuor, Latinis et ceterarum linguarum decem. Immensi operis propositum vix longissimo temporis cursu perfici potuisset; id quod vere Mazucchellius scripsit desiderandum potius esse, quam sperandum [3]. Sane die 30 Augusti anno 1768 decem foliis voluminis quarti iam impressis fortuito incendio absumptis, auctores infortunio et senio oppressi animum desponderunt. Assemanis vita functis, toto apparatu ingentis operis sive concremato una cum foliis typis impressis sive disperso, de codicibus Graecis ac Latinis describendis et incepta editione continuanda non omnis quidem spes abiecta est [4], sed defuit qui propositum magno animo susciperet. Ea deinde tempora sequuta sunt, quibus de edendis indicibus Vaticanis ne cogitari quidem potuit. Anno 1797 iure belli procuratores Gallorum quingentos codices praestantissimos e bibliotheca Vaticana delectos trans-

[1] V. *Leipz. gel. Zeitung* a. 1736 p. 401.

[2] Assemani, l. c. I p. XV: cf. Acta eruditorum Lat. suppl. VIII p. 2.

[3] *Scrittori Ital.* II, 1 p. 4.

[4] V. Lunadoro, *Relazione della corte di Roma, accresciuta ed illustrata da* Francescantonio Zaccaria, Roma 1774 p. 237.

miserunt Parisios; qui descripti in indice edito Lipsiae a. 1803 [1], pacata deinde Europa, paucis exceptis, postliminio in pristinam sedem reversi sunt. Anno 1798, quum Galli eorumque fautores Urbe potirentur, bibliothecae Vaticanae nummotheca, glyptotheca, museum Christianum gravissimis damnis affecta sunt; libris autem et codicibus praedatores pepercere. Privata vero bibliotheca Pii VI pontificis, ditissima codicum manu scriptorum et librorum rarissimorum saeculi XV, misere dispersa est; neque delecti codices et libri Parisios missi potuerunt recuperari [2].

Rebus Europae compositis, codices Palatini scripti lingua Theutonica, pauci Graeci, inter quos celeberrima anthologia, item pauci Latini redditi sunt bibliothecae Heidelbergensi; quorum indicem edidit Creuzerus [3]. Deinde Angelus Mai, immortalis memoriae vir, coepit curare de supplementis indicum Assemanianorum codicum Orientalium [4]. Sed intentus expromendis thesauris, quae mira sagacitate et felicitate detexerat, de intermisso opere Assemaniano continuando ac praesertim de describendis codicibus Graecis ac Latinis utrum cogitaverit, ignoro: ea certe de re in eius scriptis nil notatum vidi [5]. Praeter prolixa supplementa recensionis codicum Orientalium, vulgavit tantum modo peculiarem libellum indicis pa-

[1] V. Stevenson sen. in praef. ad codd. Graecos Palat. p. XXII: cf. Delisle, *Cabinet* etc. I p. 288.

[2] Mazzatini, *Manoscritti italiani delle biblioteche di Francia*, Roma 1886 I p. CLXXVI et seq. (in *Indici e cataloghi pubblicati dal Ministero della pubblica istruzione* tom. V).

[3] Catal. codicum Palat. academiae Heidelb. restitutorum, Heidelbergae 1816: cf. Stevenson, l. c. p. XXII.

[4] Script. vet. IV P. II p. 1-713; V P. II p. 1-170, 239-251.

[5] Bethmannus in Pertz, *Archiv* XII p. 215, scripsit ab Angelo Maio a. 1833

pyrorum Aegyptiacorum bibliothecae Vaticanae, lingua vulgari anno 1825 [1]. Itaque tabulae codicum Orientalium Vaticanorum fere pro editis possunt haberi. Quidquid supplendum erit, quod ad codices Syriacos et Arabicos attinet, iam paratum est ab Augustino Ciasca ord. s. Augustini scriptore linguae Arabicae; quod ad Hebraicos, parare coepit Marianus Ugolini scriptor linguae Hebraicae.

Dum de indicibus codicum Graecorum et Latinorum edendis neque ab Angelo Maio neque ab aliis Romae cogitatur, eorum recensio manu scripta tota a pluribus percurritur, et ampla inde excerpta publicantur [2].

CAPUT XVIII.

De editione hodierna.

Anno 1871 Pius IX pont. max. instituit in bibliotheca Vaticana consilium praefectorum eius, Aloisii Vincenzi scriptoris linguae Hebraicae et auctoris huius commentarii; qui praeside I. B. Pitra bibliothecario S. E. R. referrent de statu bibliothecae ac

edendum fuisse primum volumen codicum Graecorum ab Assemanis praeparatum. Sed neque hic Assemanianus apparatus extat, neque ab Angelo Maio quidquam huius modi tentatum inceptumve est.

[1] Papyracea diplomata Latina, non bibliothecae tantum Vaticanae, sed quaecunque reperiri potuerunt, collegit et luculenter illustravit Caietanus Marinius notissimo volumine dicato honori Pii VII; quibus addenda est papyrus ab Angelo Maio reperta inter codices Ursinianos (Class. auct. V p. 362, 363).

[2] V. Blume, l. c. III p. 13-114; IV p. 264-283; Bibl. librorum mss. Italica p. 126 et seqq.; Greith, Spicilegium Vaticanum, Frauenfeld 1838; Pertz, *Archiv* III p. 414-430; Bethmann in Pertz, *Archiv* XII p. 201-374; Dudik, Iter Rom. Wien 1855 p. 122-294.

praesertim de recensione codicum et librorum; curarentque, ne quid in tabulas, quae *inventaria* dicimus, minime descriptum remaneret. Tunc mihi, cui ob ingentem copiam codicum Latinorum et linguarum recentiorum, maior cura incumbebat, et qui ab anno 1851 in iis ordinandis describendisque versabar, data est omnis facultas, quae levando labori et rei expediendae conduceret. Itaque recensio bibliothecae, cui providendum erat ante quam de editione indicum consilia inirentur, fere ad exitum perducta dici potuit anno 1877.

Leo XIII pont. max. statim ab inito pontificatu bibliothecae Vaticanae et litteratorum, qui eius copiis utuntur, commodis consulens, veteres leges sanxit, novas edixit, denique indices codicum manu scriptorum, praesertim Graecorum ac Latinorum, post intermissum opus Assemanianum a doctis diu expetitos typis edi iussit. Re in consilio, cuius initio praefationis mentio facta est, mature deliberata et provisa, decretum est incipiendum a recensione codicum insignis bibliothecae Palatinae, quippe cuius impensius optata videretur editio; praescriptum autem operis Assemaniani prorsus mutandum et ad formam parabilem redigendum.

A codicum enim singulorum descriptione prolixa et critico examine, quae non nisi in mediocri eorum serie exigi possunt, qui maximas bibliothecas recensendas suscipiunt abstineant necesse est, ne de exitu inceptus interminati desperandum videatur. Neque enim huius modi recensio et editio tantum Vaticana post emissum tertium volumen intermissa est; sed et Regia Parisiensis post quartum. Cui, elapso centum fere et quinquaginta annorum intervallo, manum hoc tempore admovit Leopoldus Delisle, contentus interim edendis brevissimis indiculis codicum singulorum. Ea vero nunc habetur iusta et probata harum recensionum forma, quae adhibita est edendis

tabulis codicum Vindobonensium, Monacensium, Oxoniensium [1]. Itaque ad eam fere normam editionem, quam aggressi sumus, redigi placuit. Neque tamen ad eandem rigide legem singulae operis partes exiguntur. Latini enim codices, quorum numerus prae Graecis longe excellit, aetas vero saepe recens est, dignitas non raro humilior, expeditius tractandi sunt; habenda quoque ratio est antiquitatis, ut cura impensior adhibeatur describendis libris antiquissimis; argumenta vero codicum aevi sequioris et praesertim infimi quantum satis est indicentur. Neque adnotationes de pseudonymis, de anonymis, de iis, qui singulos codices Latinos ediderunt vel illustrarunt, descriptioni adiici permissum est; tantum modo vera nomina auctorum, quoties ea facili negotio reperiri potuerunt, intra parentheses sunt inclusa. Graecorum codicum descriptio ad hanc normam minus severe exacta est. Itaque inter rationem, qua in hac editione recensentur codices Graeci et Latini, nonnulla intercedit varietas. Graecorum minima quaeque notantur; Latinorum nihil quidem praeteritur, sed quatenus satis est ad argumenti et codicis notitiam vulgandam. Denique notae singulis saepe libris initio vel ad calcem appictae, unde eorum originem et migrationes ediscimus, neglectae non sunt; sed reservatae tabulis, quae absolutae codicum recensioni subiicientur. Ceterum totam rationem huius editionis res ipsa magis, quam prolixa praefatio declarabit. Quae opere procedente videbantur singillatim monenda, Henricus Stevenson iunior adnotavit et exponet.

Nunc, quum collegae impigri praecipuus adsiduusque labor et peritia magnopere laudanda sint, quid in opere conficiendo ille

[1] V. *La bibl. della sede apost.* p. 13.

praestiterit, quae in eius orsu dirigendo et processu recognoscendo meae partes fuerint, paucis indicabo. Descriptio bibliothecae Palatinae confecta paullo post quam Allatius opimis spoliis onustus Romam pervenit, indiligens quidem dicenda non est: collatis autem singulis codicibus deprehendimus plurima fragmenta praesertim minutiora in ea esse neglecta, nonnunquam etiam partes uniuscuiusque libri non minimas vel generali titulo ad earum notitiam adipiscendam minime idoneo comprehensas esse, vel prorsus praeteritas. Quare experientia edoctis necessarium visum est eam descriptionem prae oculis quidem habendam; quod ad editionem vero attinet, omnino esse seponendam, ita ut nova ex integro recensio institui deberet. Inde intelligitur, cur editio minore, quam initio speravimus, celeritate processerit.

Igitur descriptio codicum Latinorum bibliothecae Palatinae tota ab Henrico Stevenson iun. digesta est. Singulas schedas cum ipsis codicibus contuli; si quae ambigua aut difficilioria mihi expendenda reservabantur, explevi; scripturas palimpsestas intentis oculis examinavi nullis adhibitis venenis, ut litterae abrasae reviviscerent. Neque enim, praeter palimpsesta varia et insignia codicis 24 iam a Niebuhrio inspecta et illustrata, cetera eius pretii visa sunt, quae chemici medicamenti vim requirerent et eius usum spe inveniendi aliquid luce dignum excusarent. Ipse palimpsestorum fere dixerim repertor, Angelus Maius, quem ob adhibita medicamenta « solent nonnulli nimia cum contumelia verborum vituperare » [1], ea caute neque nisi urgente necessitate adhibuit.

[1] Verba sunt Guillelmi Studemund, quo nemo nunc in legendis palimpsestis peritior habetur (Emendationes Frontonianae, Berolini 1874 p. 117).

De singulorum codicum aetate, quae quam anceps iudicatio sit, periti norunt, attente inquisivi. Neque eam rem semel, sed iterum quoque et tertio examinavi, collatis quoque et expensis iudiciis eorum, quibus de uno et altero vel pluribus codicibus Palatinis sententiae ferendae occasio oblata est. Nostra autem iudicia de aetate codicum Palatinorum decimo fere vel undecimo saeculo antiquiorum saepissime confirmantur testimonio indicum veterum bibliothecae praesertim coenobii Laureshamensis s. Nazarii, quae cum Palatina coaluit. In iis porro indicibus confectis exeunte saeculo nono, ineunte decimo codices nunc superstites plurimi agnoscuntur, eorumque inde aetatis argumentum certum elicitur. Sed haec satis sit generatim praemonuisse; ne praeoccupentur, quae ab Henrico Stevenson iun. dicenda erunt in volumine altero de tabulis singulorum codicum originem referentibus, ut conspectus bibliothecarum veterum, quibus Palatina conflata est, restituatur.

De cura editionis et plagulis emendatis eadem fere, quae ab Henrico Stevenson sen. dicta sunt, heic forent repetenda. Praeter enim quam quod in eam curam attentissime incubuit, qui huius descriptionis auctor censendus est, Henricus Stevenson iun., neque ulla pagina praelo data est quin a me quoque recognita sit, errores typothetarum sedulo, ut solet, sustulit Ioseph Gatti de editione huius voluminis Latini, quemadmodum de Graeci, optime meritus. Ipse quoque I. B. Pitra vir em. bibliothecarius cuncta perlegit typis composita, ante quam praelo subiicerentur; et ea qua pollet doctrina litteraturae praesertim sacrae identidem de pseudonymis, anonymis aliisque id genus intra parentheses adnotandis nos monuit. Qua in suscepti muneris parte multa desiderari, nonnulla etiam minus fortasse recte notata esse non nos

fugit. Sed operis lex, ut codices potissimum quemadmodum sunt describerentur, neque processus recensionis exacta diligentia inquirendi verum nimis retardaretur, obstitit ne inceptum ex animi voto omni parte expleremus. Sacrarum igitur et profanarum litterarum docti et studiosi, quorum commodis nostra editione inserviendum est, haec aequi bonique consulant; et quidquid eis videbitur censoria virgula notandum, cum Henrico Stevenson iun. vel mecum amice communicent, ut in tabulam emendationum ad calcem voluminis secundi possit referri.

CODICES PALATINI LATINI

1. Membranaceus in folio, saeculi XV, constans fol. 499, picturis illustratus.

BIBLIA SACRA Veteris et Novi Testamenti, cum prologis s. Hieronymi. — Rhabani prologus in lib. Machabaeorum ad Ludovicum regem f. 350. — Alius prologus ad Giroldum sacri palatii archidiaconum f. 353. — Interpretationes hebraicorum nominum ord. alph. f. 465.

2. Membr. in f. saec. X, fol. 222.

TESTAMENTUM VETUS usque ad lib. 2 Paralip. cum prologis s. Hieronymi; codex mutilus in fine Geneseos et in principio Exodi (desunt quaterniones 2, 3, 4).

3-5. Membr. in f. saec. IX, picturis illustrati.

VETUS ET NOVUM TESTAMENTUM, cum prologis s. Hieronymi.

3. fol. 167. — Vetus Testamentum, pars prior. Inest, f. 43, de s. Matthia ap. homilia imperfecta; incipit « *Inclytam et gloriosam festivitatem beati Mathiae* ». Codex mutilus inter f. 98 et 99; desunt pars ultima Sophoniae, liber Aggaei et initium Zachariae.
4. fol. 148. — Vetus Testamentum, pars altera (sine Psalmis).
5. fol. 93. — Novum Testamentum. — Liber Psalmorum Vet. Test. cum prologo inscripto « Origo prophetiae David regis » f. 80.

6-7. Membr. in f. saec. XV.

BIBLIA SACRA Veteris et Novi Testamenti, cum prologis s. Hieronymi.

6. fol. 210. — Vetus Testamentum usque ad lib. Iob.
7. fol. 265. — Vet. Testamenti pars altera. — Novum Testamentum f. 138 v. — Interpretatio hebraicorum nominum f. 230.

8. Chartaceus in f. scriptus anno 1419, fol. 427, picturis illustratus.

Biblia sacra Veteris et Novi Test. cum prologis s. Hieronymi. — Argumenta librorum; inc. « 1. *Paulus arguit gentes;* 2. *arguit Iudaeos;* 3. *scilicet arguit utrosque;* 4. *nom̃ Habraam patrem;* 5. *reconciliavit nos Deo Domini mors* » f. 1-7. Folia aliquot desiderantur post f. 11, a fine prologi s. Hieronymi ad initium Geneseos.

9. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 227.

Testamentum Vetus usque ad Psalmos; cod. mutilus inter f. 206 et 207, a fine lib. Iudith ad initium ps. 40. In calce: « Concordantia Bibliae per versus singulorum libror. capitulor. nec non sententiar. » scr. a. 1345. — « Quotationes epistolarum et evangelior. per annum » f. 225.

10. Membr. in 8, saec. XV, fol. 210, pict. ill.

Vetus Testamentum a Regibus ad Iob, cum prologis s. Hieronymi. — Machabaeorum lib. 1-2 f. 180.

11. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 179.

Biblia sacra Vet. et Novi Test. a fine cap. viii Proverbiorum, cum prologis s. Hieronymi. — Ep. s. Pauli ad Laodicenses f. 150. — Interpretationes hebraicorum nominum, fine mutilae, f. 178.

12. Membr. in f. saec. XV, fol. 228.

Biblia sacra Vet. et Novi Test. a Proverbiis, cum prologis s. Hieronymi.

13. Membr. in 4, saec. XV, fol. 453, pict. ill.

Biblia sacra Vet. et Novi Testamenti, cum prologis s. Hieronymi. — Interpretationes nominum hebraicorum f. 413.

14. Membr. in 4, saec. IX, fol. 179.

Testamentum Vetus usque ad lib. Ruth, cum prologis s. Hieronymi. — F. 1 inserta est lectio s. evangelii sec. Marcum (cap. v).

Varia a variis eodem fere tempore addita, scil.: Oratio liturgica pro defunctis: — Rihcerii (sic) et Ratelmi monachorum adnotatio de psalteriis decantatis pro Hodane comitissa: — Excerptum glossarii latini et nonnullae sententiae f. 178v.

Fragm. lectionarii (e libro Regum) f. 179.

15. Membr. in 4, saec. XIV. fol. 443.

Biblia sacra Vet. et Novi Test. cum prologis s. Hieronymi. Glossae

in marginibus alia manu. — Interpretationes verb. hebr. f. 408. — Index lectionum per annum f. 441 v.

16. Membr. in 8, saec. XV, fol. 144.

TESTAMENTUM VETUS usque ad lib. Ruth, cum prologis s. Hieronymi.

17. Membr. in 8, saec. XII, fol. 385, picturis illustratus.

TESTAMENTUM VETUS, cum prologis s. Hieronymi.
« Ad faciendum incaustum » f. 217 v.

18. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 391.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hieronymi et adnotationibus in marg. etiam graecis et hebraicis. — Duobus foliis sine numero, saeculi XV vel XVI, principio et fine codicis, continentur epistola s. Hieronymi ad Sophronium et indices Bibliorum.

19. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 332, pict. ill.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hieronymi.

20. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 446.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hieronymi et Rhabani ad Ludovicum imp. — Interpretationes voc. hebr. f. 398. — Argumenta librorum; inc. « *opera Rex; lignum prohibet; Adam et Eva peccant; occiditur Abel; transfertur Enoch; Noe Archa fit; Noe et sui intrant* » f. 437. Argumenta Novi Test. eadem sunt quae in cod. 8. — Historia biblica ab Adam ad Ananiam et Saphiram; inc. « *Vos qui concupiscitis statum vestrum scire* » f. 444 v.

21. Membr. in 8, saec. XV, fol. 389.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hieronymi.

22. Membr. in 8, saec. XV, fol. 263.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hieronymi.

23. Membr. in 12, saec. XV, fol. 613.

BIBLIA SACRA Vet. et N. Test. cum prologis s. Hier. et Rhabani ad Ludovicum imp. — Interpretationes voc. hebr. f. 557. — Tabula lectionum per annum f. 608.

24. Membr. in 12, saec. VII vel VIII, fol. *a-e* 176, litteris uncialibus varia manu; folia 1-8, 17-37, 54-71 suppleta litteris uncialibus saeculi fortasse IX: 9 et 16 item suppleta litteris minusculis saec. facile XI.

Veteris Testamenti pars continens Tobiam (initio mutilum; incipit a fine cap. 2), Iudith f. 34, Iob f. 82 (praeit prologus s. Hier. f. 77), Esther f. 150 (fine mut.). — Antiquiora folia, id est quae supersunt prima manu, fere cuncta palimpsesta. Exhibent fragmenta Titi Livii Historiarum libri CXI: Ciceronis orationum pro Pompeio, pro Rabirio, pro Sexto Roscio: Senecae de Amicitia et de Vita patris: Lucani Pharsaliae e libris VI et VII: Mythographi anonymi: ignoti auctoris de Pompeio et graeca medicinalia; de quibus omnibus B. G. Niebuhr, M. T. Ciceronis orationum, T. Livii et L. Senecae fragmenta e membranis Bibliothecae Vaticanae, Romae 1820. — Initio codicis, chartaceis foliis *a-e*, manu B. G. Niebuhrii: « Collatio paginarum quarum scriptura recentior, postquam antiquae atramento color redditus est, minus distincte apparere videri possit ».

25. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 102.

Bibliorum sacr. Vet. et N. Testamenti pars, continens Prophetas 12 minores et Novum Testamentum, praetermissis Act. apostolorum.

« Quaestio de hoc quod dicit apostolus: Omnia licent sed non omnia expediunt » f. 90 v.

Tabula lectionum per annum f. 98.

Sermo in die cinerum; inc. « *Convertimini ad me in toto corde vestro* etc. *Iohelus. Quando aliquis pater benignus habet filium disolum* (sic) » f. 100 v.

« Quaeritur quare homo factus est ad ymaginem et similitudinem Dei » f. 101.

Tabula lectionum f. 101 v.

Carmina festa sanctorum designantia; inc. « *Cisius janus ephi* » f. 102.

Argumenta libror. Vet. Test.; inc. « *Quinquaginta genesis* » f. 102 v.

26. Membr. in 12, saec. XV, fol. 194.

Psalterium cum adnotationibus in marg. latinis et germanicis. Praecedunt Kalendarium cum imaginibus mensium et Evangelium figuratum. — Canticum Zachariae f. 189 v. — Cant. b. Mariae virg. f. 190 v. — Cant. Simeonis — « Te Deum laudamus » f. 191. — « Quicumque vult salvus esse » f. 192. — Nota anni 1548 in calce codicis pertinet ad possessorem, cuius nominis litterae initiales sunt adscriptae

27. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 109.

Psalterium initio mutilum, inc. a ps. xv. — Canticum Zachariae f. 103. — « Te Deum laudamus » f. 104. — « Quicumque vult salvus esse » f. 105. — Litaniae sanctorum et preces f. 106 v.

28. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 101.

Psalterium. — Cantt. Zachariae et b. Mariae virg. f. 96. — Cant. Simeonis — « Te Deum laudamus » f. 96 v. — Oratio dominica f. 97. — Symbolum apostolorum — « Quicumque vult salvus esse » f. 97 v. — Litaniae sanctor. et preces f. 99.

29. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 107.

Psalterium. — Initio codicis, f. 1, preces liturgicae pro defunctis et f. 1 v. laterculus expensarum lingua germanica, manu saec. XIV. — « Te Deum laudamus » f. 103. — Cant. Zachariae f. 103 v. — Cantt. Simeonis et b. Mariae virg. f. 104. — Oratio dominica — Symbolum apostolorum — « Quicumque vult salvus esse » f. 104 v. — Litaniae sanctor. f. 106. — Folio ultimo, sine numero, adhibito in compactione codicis, pagella alterius psalterii (ps. 67, 65).

30. Membr. in 8, saec. XII, fol. 200, picturis illustratus.

Psalterium. — Initio codicis, f. 1, rhythmus ad b. Virg.; inc. « *ecce ad te confugio uirgo nostra saluatio* » et, f. 2, preces liturgicae ante et post communionem et pro defunctis. — Hymnarium divini officii; inc. « *Primo dierum omnium* » f. 123. — Officium b. Virg. a Purificatione ad Adventum f. 155. — Officium Domini ab hora prima usque ad completam f. 160. — Divini officii rubricae per annum f. 163. — « Agenda mortuorum » f. 185. — Preces ante et post psalmos cum psalterio breviato et litaniis sanctorum f. 190.

31. Membr. in 12, saec. XIII, fol. 159.

Psalterium; praecedunt Kalendarium et picturae evangelicae.

32. Membr. in 12, saec. XIII, fol. 129.

Psalterium usque ad ps. 98 mutilum; praecedit Kalendarium manu saec. XIV, cum additamentis et necrologio eiusdem aetatis et saeculi XV.

33. Membr. in 12, saec. XIII et XIV, fol. 226.

Psalterium cum canticis Isaiae, Ezechiae, Habacuc, trium Puerorum et Zachariae. — « Te Deum laudamus » f. 160 v. — « Quicumque vult salvus esse » f. 161 v. — Litaniae sanctor. et preces

variae f. 164. — Officium b. Virg. f. 176. — Officium mortuorum f. 194. — Preces liturgicae de s. Acacio et sociis martyribus f. 205 v. — Rhythmus de laudibus b. Mariae virg; inc. « ... *cedunt laudes virginis admirande* » f. 206 v. — Hymnarium; inc. « *In pascha. Vita sanctorum* » f. 208. Initio codicis, f. 1, hymnus « (P)rimo dierum omnium »; fine, Litaniae f. 224 v. et initia psalmorum f. 225.

Fragmentum instrumenti exhibens subscriptionem G.... imperialis notarii saec. XIV vel XV f. 226 v.

34. Chart. in 12, saec. XV, fol. *a-g* 182.

Psalterium et cantica e Vet. Test. Praecedunt, f. *a-g*, excerpta e psalterio, sententiae e Novo Testamento et preces. — Cant. Zachariae f. 178. — « Te Deum laudamus » f. 178 v. — Litaniae sanctorum f. 179 v.

35. Membr. in 16, saec. XIV et XV, fol. 147.

Psalterium; praeit oratio inc. « *Suscipere digneris domine* ». — Cantica e Vet. Test. ad usum liturgicum f. 119 v. — « Himnum (sic) S. Niceti » — « Te Deum laudamus » f. 127. — Hymnus trium Puerorum — Canticum virg. Mariae f. 128 v. — Cant. Zachariae f. 129. — Cant. Simeonis — Hymnus angelorum « Gloria in excelsis deo » f. 129 v. — Oratio dominica — Symbolum apostolor. f. 130. — Symbolum nicaenum f. 130 v. — « Fides catholica Sci. Athanasii »; inc. « *Quicumque uult saluus esse* » f. 131. — Litaniae sanctorum f. 132 v. — « Agenda mortuorum » f. 136. — Commendatio animae f. 142 v. — Hymni; inc. « *Ad cenam agni* » f. 146.

36. Membr. in 16, saec. XIII, fol. 318.

Psalterium; praeit, f. 1-6, Kalendarium. — Cantica e vetere Testamento f. 281. — Cant. Zachariae f. 300. — « Cant. angelor. » (sic) « Te Deum laudamus » f. 301. — Cant. b. Mariae Virg. f. 303. — Cant. « Zachariae » (Simeonis) f. 304. — « Quicumque uult saluus esse » f. 304 v. — Litaniae sanctor. f. 309 v. — Excerptum ex initio evangelii Ioannis f. 318. — Fragm. hymni ad Iesum Christum; inc. « *(F)ilius virginis angnus* (sic) *dei salus mundi* » f. 318 v.

37. Membr. in 16, saec. XV, fol. 191.

Psalterium cum invitatorio usque ad ps. 147. Praeit Kalendarium f. 1-2. — Hymnus; inc. « *O lux beata trinitas* » et preces f. 189.

38. Chart. in 12, scriptus anno 1501, fol. 252.

Ioannis de Turrecremata expositio in Psalmos ad Pium pp. II. — Index psalmorum f. 248.

39. Membr. in f. saec. XI, fol. *a* 233, picturis illustratus.

Tabula epactarum; deinde, alia manu saec. XIII: De solemnitate institutionis ss. Sacramenti sermo; inc. « *(C)onvenit itaque devotioni fidelium sollempnitatem recolere* »; et, manu saec. fortasse XV, sex versus fere deleti; inc. « *Propter Magudarim* .... » f. *a*.

Kalendarium, cum necrologio varia manu, (desunt Ian. et Feb.) f. 1.

Litaniae sanctorum f. 6 et 71.

« Cyclus magnus Paschalis annorum DXXXII » f. 6 v.

« Incipiunt nomina episcoporum urbis Romae » (notae historicae ex lib. pontificali usque ad Stephanum III; a Paulo ad Paschalem I nomina tantum) f. 6 v.

Preces, m. saec. XIII-XIV, f. 16.

« Sex aetatibus mundi tempora distinguuntur » etc. explicit: « *Leo annos III, Constantinus annos XV, Leo annos. V* » f. 16 v.

Psalmi in dominica prima in adventu domini, m. saec. XIV, f. 18.

« S. Hieronymi epistola ad Sumiam et Fretelam de psalterio quae de LXX interpretum edicione corrupta sunt » f. 19.

« Origo prophetiae regis David »; inc. « *David filius iesse* » f. 36.

S. Hieronymi praefatio in psalterium f. 37.

Eiusdem (in cod. Eusebii Hieronymi) epistola ad « Soffronium » f. 37 v.

(Bedae) « Cur in psalmorum titulis quasi auctorum nomina diversa repperiuntur » f. 38 v.

« S. Augustini episc. laus psalmorum » f. 39.

« Eiusd. de virtutibus psalmorum » f. 39 v.

Orationes pro vivis et defunctis ante psalterium recitandae; inc. « *Christus qui es uerus largitor* » f. 41 v.

Carmen de psalterii translationibus; inc. « *Quos sibi pontifices legit Constantia diues* || *Presul et abba simul meritis electus opimis* || *Scriptores cauta uarios indagine lustrat* || *Hoc est psalterium docte collegit in unum* » etc. f. 43; praeit adnotatio ead. manu: « *Versus anteriores hic qui desunt mea perditi sunt neglegentia* », sequitur: « exemplar Quadripartiti Psalterii »; initio codicis adnotatio, manu Pii Martinucci, de carmine hoc desumpto ex cod. sangallensi, quem cathedrali ecclesiae bambergensi obtulit Henricus II imp.

« Bedae presbyteri breviarium de titulis psalmorum quod de Cassiodoro sumpsit » f. 44.

Psalterium f. 45. — Cantica ad matutinos, Isaiae, Ezechiae, Annae, Moysi, Habacuc, iterum Moysi, trium Puerorum f. 217 v. — « Ymnus quem S. Augustinus et S. Ambrosius invicem condiderunt » f. 224 v. — Canticum Zachariae f. 225. — Cant. S. Mariae f. 225 v. — Cant. Simeonis — « Ymnus angelicus » f. 226. — Oratio dominica —

Symbolum apostolorum f. 226 v. — « Fides sci. Athanasii ep. »; inc. « Quicumque vult salvus esse » f. 227.

« Vesperae de corpore Christi », manu saec. XIII, f. 228 v.

Preces post litanias initio mutilae, m. saec. XI, f. 232 v.

Adnotatio de antiphonis, responsoriis, invitatoriis officii in festo corporis Christi, m. saec. XIV, f. 233.

40. Membr. in f. saec. XV, fol. 147.

« Iannotii Manetti Psalterium de hebraica veritate in latinum translatum » ad Alphonsum Aragoniae et Siciliae regem, et translatio s. Hieronymi; praeit index. — Eiusdem « adversus suae novae psalterii translationis obtrectatores apologeticos » f. 107.

41. Membr. in f. saec. XV, fol. 182, picturis illustratus.

Idem opus cum apologetico; praeit index.

42. Membr. in 8, saec. XV, fol. 66.

Idem opus sine apologetico; praeit index.

43. Chart. in 8, saec. XV, fol. 60.

Idem opus sine translatione s. Hieronymi et apologetico. — Christophori Landini et Petri Montispolitani epigrammata in laudem Iannotii Manetti f. 60. — « Epitaphium » (metricum) Iannotii f. 61.

44. Membr. in 8, saec. XI, fol. 143.

Novum Testamentum s. Hieronymi cum ep. ad Damasum. Praecedunt, f. 1 v. manu saec. XII, versiculi psalmorum et symbolum apostolorum. — « Capituli (sic) epistolarum et evangelior. de circulo anni », cum interpolationibus saeculi XV, f. 137.

45. Chart. in 4, saec. XV, fol. 166.

Iannotii Manetti Novi Testamenti nova translatio.

46. Membr. in 4, saec. VIII, fol. 149.

Quatuor Evangelia cum praef. s. Hieronymi et epist. ad Damasum; praeeunt, f. 5, tabulae pictae canonum evangelicorum. — Ionathae clerici scriptoris codicis subscriptio f. 137 v. — « Capitulare lectionum evangeliorum de circulo anni » f. 137 v.

47. Membr. in 8, saec. IX, fol. 156.

Quatuor Evangelia cum praefat. s. Hieronymi, epist. ad Damasum

et Eusebii epist. ad Carpianum. — Praeeunt lectiones evangeliorum per annum, m. saec. XIII, f. 1 (eadem manu in toto codice dies lectionum adnotatae sunt litteris rubri coloris): « Breves causae eiusdem evangelii » f. 10: Tabulae pictae canonum quatuor evangeliorum f. 13.

Ordo romanus feriae V, Parasceves et Sab. sancti f. 156 v.; extrema pagina exsecta, versus duo perierunt; initium deletum; inc. « *(Feria quinta. Ad gloriam) omnes cloggas sonant* ».

48. Membr. in 8, saec. XII, fol. 133, picturis illustratus.

QUATUOR EVANGELIA cum praef. s. Hieronymi et epist. ad Damasum. Desunt folia aliquot inter primum et secundum.

49. Membr. in 4, saec. XII, fol. 147, pict. ill.

QUATUOR EVANGELIA cum praef. s. Hieronymi et epp. ad Damasum et ad Carpianum, praemissa, f. 1 v., tabula canonum evangeliorum.

Oblationes famulorum et ancillarum ad altare s. Iacobi earumque testes, a. 1131, 1132 « sub episcopo Ottone », 1142 « sub Egilberto episcopo » (bambergensibus) f. 1 et 147 v.

50. Membr. in f. saec. IX, fol. *a-b* 125; cod. insignis, litteris aureis formae uncialis et minusculae, pict. ill.

EVANGELIA secundum Lucam et Ioannem; praecedunt argumenta ex Hieronymo. — Capitulare evangeliorum f. 116.

Adnotatio de codice compacto a. (M) CCC (?) LXXIX f. 125 v.

51. Membr. in 4, saec. XI vel XII, fol. 119.

EVANGELIA sec. Matthaeum (usque ad cap. IX, v. 1) et Ioannem (u. ad c. XXI, v. 23) cum glossis inter lineas et in marginibus. Praefatio, f. 1, inc. « *Nomen libri euangelium grece, bonum nuntium latine* ». Argumenta in Matthaeum f. 3, et in Ioannem f. 31, ex Hieronymo.

Initio, f. sine numero, anonymi rectoris scholae montispessulanae, medici Ludovici Bavari imp., fragmentum tractatus de medicina contra venena, manu saec. XIV.

52. Codex redditus bibliothecae Universitatis Heidelbergensis. (Vide Wilken, « Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten heidelbergischen Büchersammlungen, Heidelberg 1817 », p. 303 et 547-548).

53-54. Membranacei in 12, saec. XI.

53. fol. 200. — QUATUOR EVANGELIA cum praefationibus s. Hieronymi.

54. fol. 159. — EPISTOLAE cum argumentis.

« Beati GREGORIGI (sic) pape magni epistola ad doctores ecclesie »; inc. « *Consideranti michi quam impar meritis* » f. 147.

55. Deest; iam anno 1798 desiderabatur. In vetere *inventario* hoc modo describitur: *Anonymi harmonia evangelistarum, germanice. Inc.* « In principio erat ». — *In 4 antiquus, ch(artae) s(criptae) 83.*

56. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 122.

« Questo e il santo vangelio (etc.) compilato et ordinatamente trattato, di tutti et quatro i vangeli rechati di gramaticha in volghare »; praeit tabula lectionum ev. per annum.

« Pianto della vergine Maria, della morte del suo figliuolo lo quale fece santo Bernardo »; inc. « *Chi mi dara al chapo mio acqua* » f. 102 v.

Historia humanae redemptionis, imperfecta alia manu; inc. « *Essendo abbattuta lumana generatione in tanta miseria per lungo tempo* » f. 111 v.

57. Membr. miscellaneus in 8, saec. IX vel X, fol. 173.

Tabulae codd. monasterii s. Nazarii in Laurissa f. 1.

Fragmentum testamenti, manu saec. X, (testamentum est Brunonis archiep. coloniensis, qui obiit a. 966; integrum vide apud Pertz, Mon. Germ. Hist., Scriptt. T. IV, p. 274) f. 8 v.

S. PAULI epistolae (ep. ad Laodicenses f. 126), cum prologo anonymi auctoris, argumentis et carmine s. Damasi in laudem Pauli apostoli. Prologus inc. « *Primum quaeritur quemadmodum post euangelia* » f. 9.

« Grunnii Corococtae Porcelli testamentum » f. 163 v.

« S. AUGUSTINI homiliae (duae) recitandae in solemnitatibus martyrum »; prima inc. « *Quotienscumque fr. K. sanctorum martyrum solempnia celebramus* » f. 165; altera « *Quotiens solemnitates martyrum caelebramus* (etc.) *cogitare debemus* » f. 168 v.

« De resurrectione uel uita sanctorum »; inc. « *Haec est contemplatiua uita beata* » f. 170 v.

« De qualitate glorificatorum corporum quae in resurrectione futura sunt »; inc. « *Ibi diuersi quidem sexus* » f. 172.

« De futuro iudicio uel aeternitate supplicii ac de qualitate gehen(nae?) », fine mutilus; inc. « *Ageam* (sic) *cum ad illud ultimum* » f. 172 v.

Fragmentum epistolae anonymi ad Paternum (episcopum?); auctor, philosophiae studiosus, queritur se « *in terram peregrinationis de-*

trusum » et « *communis commodi causa in exilium relegatum uictus et uestitus penuria* » laborare, et ab eo ad quem scribit « *penitus esse neglectum* » f. 173.

58. Membr. in 8, saec. XIII vel XIV, fol. 223.

Actus Apostolor. Epistolae canonicae et Apocalypsis, cum glossa inter lineas et in marginibus.

59-60. Membranacei in f. saec. XIII, fol. 231 et 238, picturis illustrati.

Vetus Testamentum a Genesi ad Deuteronomium, cum glossa mystica, morali et allegorica, et catena ex patribus, praesertim Augustino, Beda, Gregorio, Hieronymo, Isidoro, Rhabano, Strabone; item glossae in marginibus varia manu.

61. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 138.

Liber Numerorum, cum glossa ordinaria et catena ex patribus, praesertim Augustino, Gregorio, Hieronymo, Isidoro, Rhabano.

62. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 224.

Regum libri quatuor, cum glossa ordinaria et catena, praesertim ex Beda, Gregorio, Hieronymo et Rhabano.

63. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 101.

Paralipomenon libri duo, cum prologis s. Hieronymi, glossa ordinaria et excerptis, praesertim ex Gregorio et Rhabano.

64. Membr. in f. saec. XIII, fol. 110.

Liber Iob, cum prol. s. Hieronymi et glossa allegorica et morali.

65. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 200.

Psalterium, cum glossis praemissis initiis psalmorum. — Canticum Moysi f. 194. Sequuntur preces liturgicae, alia manu.

Boetii tractatus de divisione, fine mutilus, f. 198.

66. Membr. in 8, saec. XII, fol. 185.

Psalterium cum glossa ex Cassiodorio et Augustino. — Cantica Isaiae f. 172 — Ezechiae regis f. 172 v. — Annae f. 173 v. — Moysi f. 174 v. — « Annae » (Habacuc); inc. « *Domine audiui* » f. 176 — « Moysi »; inc. « *Audite coeli* » f. 178.

« S. Thomae oratio qua utebatur quotidie ante quam studeret »; inc. « *Creator ineffabilis* », manu saec. XIII, f. 183.

« B. Augustini oratio deuotissima contra pestem euitandam; et ad omne bonum impetrandum »; inc. « *Domine Ihesu Christe rex regum* » — « Omni sero antequam eas dormitum hos septem uersus cum oratione sequenti dicas » etc.; inc. « *Illumina oculos meos* » — Excerpta ex psalmis et sententiae piae; inc. « *Educ de carcere animam meam* »; manu saec. XV, f. 183.

Fragmentum indicis alphabetici tractatus de doctrina morum, e codice s. XIV, f. 184.

67. Membr. in 8, saec. IX, fol. 101.

« S. Isidori homelia »; inc. « *Breuis est huius mundi felicitas* » f. 1 v.

« Sermo de falso amico »; inc. « *Protector et nutritor spiritus sanctus est* » f. 2.

Oratio ad ss. Trinitatem; inc. « *Miserere Domine Miserere Christe* » f. 4 v.

Expositio aliquot psalmorum, fine mutila. Praeeunt: Erembertus supplicans s. Martino (pictura cum inscriptione) f. 5, et Psalmi f. 6. Interpretatio incipit: « *Domine ne in furore tuo arguas me* etc. *Ista vox est penitentium et requies in futuro praecantium* » f. 23.

68. Membr. in 4, saec. VIII, fol. 46.

Glossae in Psalmos; inc. « *a concilio multa i*(d est) *toto israel praedicabo* ». Codex initio mutilus incipit a psalmo 39.

69. Membr. in 4, saec. XIII vel XIV, fol. 219.

Psalmi David, cum glossa ex s. Augustino, Abbone, Cassiodorio, s. Hieronymo et Remigio.

70. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 113.

Glossa in Psalmos David similis cod. praecedenti; fine mutila.

71. Chart. in 4, saec. XV, fol. 302.

Psalmi David, cum glossa, cuius praefatio inc. « *Inclitus Rex Regum dominus noster Ihesus Christus in euangelio legitur* ».

72. Chart. in 4, saec. XIV vel XV, fol. 171.

Nicolai de Gorram glossa in Psalmos. Codex fine mutilus.

73. Membr. in 4, saec. XI, fol. 66.

WILLIRAMMI Eberespergensis abbatis paraphrasis duplex Cantici Canticorum, carmine heroico latino et soluta oratione teutonica. Prologi prima pagina recenti manu suppleta.

74. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 102.

(HONORII AUGUSTODUNENSIS) « expositio super Cantica Canticorum ».

Epilogus sigilli s. Mariae eiusdem Honorii f. 101 v.

Fine codicis, f. sine numero, pagella membranacea exhibens tabulam expensarum, lingua germanica.

75. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 84.

HONORII AUGUSTODUNENSIS expositio in Cantica Canticorum.

76. Membr. in 8, saec. XI, fol. 20.

CANTICA CANTICORUM f. 2. Praecedunt, f. 1, « versus Salomonis »; inc. « *Hunc cecinit Salomon mira dulcedine librum* ».

« Exposicio super canticum canticorum »; inc. « *Canticum canticorum quod hebrei sirasirim uocant grece dicitur epithalamion* » f. 3 v.

77. Membr. in 8, saec. XV, fol. 138.

Tabula codicis f. 1.

« Mag. DE GEILNHUSEN, prepositi eccl. wormacensis, lectura super librum Cantica Canticorum » f. 6.

« S. IOHANNIS CHRYSOSTOMI sermo de Absalon » f. 125.

« B. BERNHARDI abbatis tractatus de confessione » f. 129.

« MAG. HEINRICI LANGENSTEIN de Hassia epistola exhortatoria ad vitam spiritualem missa domino Eberhardo Yppelhorn decano ecclesiae moguntinae » f. 133.

78. Membr. in 8, saec. XI, fol. 137.

PROVERBIA Salomonis (f. primum est bis repetitum) f. 1.

Indiculus librorum; inc. « *Epistolae Pauli - Parabolae Salomonis* » f. 71 v.

Ecclesiastes, cum prologo s. Hieronymi, f. 72.

Epistolae s. Iacobi f. 100, s. Petri f. 107 v. et 114 v. s. Ioannis f. 119 v. 126 v. et 127 v. et s. Iacobi (iterum) f. 130.

Neumarum vocabula, metrice; inc. « *Eptaphonus. Strophicus. Punctum. Porrectus. Oriscus* » (cum neumis) f. 137.

S. Hieronymi prologus in septem epistolas canonicas f. 137. — Totus codex cum glossis.

79. Chart. in 4, scriptus a. 1474, fol. 331.

PROVERBIA Salomonis et prologi s. Hieronymi, cum glossa. Praemittitur: « *Solet queri de Salomone an sit perditus* » f. 1.

S. HIERONYMI expositio in Ecclesiasten f. 208.

« DIONYSII CARTUSIENSIS super librum Sapientiae » f. 254.

80. Membr. in f. saec. XIV, fol. 200.

VETUS TESTAMENTUM a Proverbiis ad Ecclesiasticum, cum praefationibus et glossa ex s. Hieronymo, Rhabano aliisque. Glossae in marginibus aliae varia manu.

Adnotationes variae theologicae et biblicae f. 194 v.

Tractatus scholasticus de Trinitate, initio et fine mutilus, f. 196.

81. Membr. in f. saec. XIV, fol. 122.

LIBER ISAIAE, cum prologo s. Hieronymi et glossa ordinaria. — Folio ultimo scriptura stylo plumbeo exarata, quae vix legi potest.

82-83. Membranacei in f. saec. XIV.

82. fol. 147. — Liber IEREMIAE, cum prologo s. Hieronymi et glossa ordinaria.

83. fol. 183. — EZECHIEL et DANIEL, cum prologis s. Hieronymi et glossa ordinaria.

84. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 126.

PROPHETAE MINORES, cum prologis s. Hieronymi et glossa ordinaria.

85. Membr. in 8, saec. XII, fol. 48.

IEREMIAE lamentationes et oratio, cum glossa ordinaria. Codex fine mutilus.

86. Membr. in 16, saec. XIII vel XIV, fol. 172.

Glossa in Ieremiae lamentationes; inc. « *Et propter hoc etiam designandum fit connexio trium clausularum sub una littera* » f. 1.

« Mag. SIBODONIS decretalium summa bona » f. 137; praeit, f. 136, tabula.

87. Membr. in f. saec. XIV, fol. 197.

EVANGELIA MATTHAEI et MARCI, cum prologis et glossa ordinaria, allegorica, morali et ex Abbone, Ambrosio, Augustino, Beda, Chrysostomo, Gregorio, Hilario, Hieronymo, Rhabano, Remigio et Victorino.

88. Membr. in f. saec. XIV, fol. 142.

Evangelia Matthaei et Marci, cum prologis et glossa ordinaria et ex Ambrosio, Augustino, Beda, Io. Chrysostomo, Hieronymo, Rhabano aliisque (idem opus quod supra, cod. 87); f. 1 et ultimo glossae aliae alia manu.

Fragmentum paene deletum de mysteriis Sacrae Scripturae f. 142 v.

89. Membr. in f. saec. XIV, fol. 190.

Evangelia Lucae et Ioannis, cum prologis et glossa ordinaria, allegorica et ex Ambrosio, Augustino, Beda, Hieronymo et aliis.

Sententiae morales aliquot f. 190 v.

90. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 143.

Epistolae canonicae f. 1.

Apocalypsis f. 42 v.

Actus Apostolorum f. 75. Totus codex cum praefationibus et glossa ordinaria, allegorica et ex Augustino, Beda, Hieronymo, Rhabano aliisque.

91. Membr. in 8, saec. XI, fol. 68.

S. Pauli epistolae ad Romanos f. 1, ad Corinthios prima (fine mutila) f. 25, ad Hebraeos f. 55. Cum glossis.

92. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 70.

Expositio in epistolas s. Pauli ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem et ad Hebraeos f. 2; inc. « *Qui docet filium suum* etc. Eccl. xxx, 3. *Finis et est causa causarum et effectus causarum* ».

93. Membr. in 4, saec. XII, fol. 42.

Epistolae canonicae, cum prologo s. Hieronymi et glossis.

94. Membr. in f. saec. XIV, fol. 370.

S. Pauli epistolae, cum glossa ordinaria. Praeeunt: Prologus in epp. s. Pauli universas; inc. « *Dixit Esther ad regem Assuerum* etc. Esth. vii. *Cum adiutorio domini saluatoris ex hoc uerbo sumimus exordium* » f. 1 v.: Prologus in ep. ad Romanos f. 3: Prologus alius in ep. ad Romanos f. 3 v. — In marginibus codicis glossae alia manu.

95. Membr. in f. saec. XIV, fol. 140, picturis illustratus.

Apocalypsis, Epistolae canonicae et Actus Apostolorum, cum pro-

logis et glossa ex Augustino, Beda, Gregorio, Hieronymo, Rhabano aliisque.

96. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 73.

Expositio in Apocalypsim; inc. « *Aser pinguis panis est et prebebit delicias regibus* ».

Initio codicis, f. sine numero, testamentum, lingua germanica, rogatum in civitate s. Galli a. 1331, adhibitum in compactione codicis.

97. Chart. in 4, saec. XV, fol. 509.

« Lectura » in Apocalypsim, ad usum Studii Heidelbergensis. In calce legitur « *expositores principales huius libri: s. Augustinus, quidam Ioannes* (Chrysostomus); *Beda, Helinandus, Ambertus, Gilbertus, Ioachim, Bellagaius, Richardus, compilacio Lyrae et Ruperti et unius card. forte Hugonis ac aliorum plurimorum doctorum* ». — Index « quaestionum huius libri » f. 509.

98. Membr. in 8, saec. XI, fol. 56.

Apocalypsis cum glossa; praef. inc. « *Iohannes apostolus et euangelista a domino Christo electus* ». — Folia 49-50 suppleta manu saec. XII et sine glossa. — F. 46-48 chart. glossa quae desideratur l. c., manu saec. XIV.

Tractatus de divinis officiis; inc. « *Legitur in ecclesiastica historia quod nabuchodonosor rex* » f. 52.

99. Membr. in f. saec. XV, fol. 358, picturis illustratus.

Nicolai de Lyra postilla in Vetus Testamentum a Genesi ad Reges.

100-101. Chartacei in 4, saec. XV.

Nicolai de Lyra postilla in Vetus Testamentum.

100. fol. 179. — A Genesi ad librum Ruth.

101. fol. 175. — A Regibus ad Esther, omisso libro Iudith; postilla in Nehemiam (Esdrae l. 2) mutila inter f. 150 et 151.

102. Chart. in 4, saec. XIV vel XV, fol. 304.

Nicolai de Lyra postillla in Psalterium.

103. Membr. in f. saec. XIV, fol. 222.

« Nicolai de Lyra liber super Psalterium ».

104. Membr. in f. saec. XIV-XV, fol. 106.

« Nycolai de Lyra postilla super » Vetus Testamentum, a Proverbiis ad Ecclesiasticum, et in secundum (tertium) librum Esdrae, mutila fine Cantici et initio Sapientiae.

105. Membr. in f. saec. XIV, fol. 182, picturis illustratus.

Nicolai de Lyra « postilla super » primum, secundum (Nehemiam) et tertium librum Esdrae, Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Cantica Canticorum et Ecclesiasticum.

106. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 193.

« Nycolai de Lyra postilla super » Isaiam, Danielem et Prophetas minores.

107-109. Membranacei in f. saec. XIV, pict. ill.

« Nycolai de Lyra postilla super » Vetus Testamentum.

107. fol. 203. — Isaias et Hieremias.

108. fol. 243. — Baruch, Historia Susannae et Belis et Draconis, Ezechiel (picturis ichnographicis illustratus), Daniel et Prophetae minores.

109. fol. 206 — Machabaei, Tobias, Ruth, Paralipomena, Oratio Manassae regis, Esther et Iob.

110. Membr. in f. saec. XIV, fol. 215, pict. ill.

« Nycolai de Lyra postilla super » quatuor Evangelia.

111. Membr. in 4, scriptus anno 1391, fol. 263.

« Nycolai de Lyra postilla super quatuor Evangelistas ». Praeeunt, f. 1-2. Lectiones Evangeliorum per annum.

« Libellus de descriptione terre sancte », inc. « *Gloriose ac sancte Ciuitatis Ierusalem nec non et totius terre sancte peregrinationem scire cupientes* » f. 258.

112. Membr. in f. scriptus a. 1379, fol. 292, pict. ill.

Nicolai de Lyra commentarius in epistolas s. Pauli, epistolas canonicas, Actus apostolorum et Apocalypsim.

113. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 236.

« Nycolai de Lyra postilla super epistolas s. Pauli » et Apocalypsim.

114. Membr. in 4, scriptus anno 1387, fol. 190.

Nicolai de Lyra « postilla super » epistolas s. Pauli et epistolas canonicas.

115. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 176.

« Nycolai de Lyra postilla super Apokalypsim » Actus apostolorum, Iudith, Iob et Machabaeos.

116. Membr. in f. scriptus a. 1428, fol. 286.

« Nycolai de Lyra moralia super totam Bibliam ».

117. Chart. in 4, scriptus a. 1442, fol. 174.

« Conradi Soltaulbe » expositio in Psalterium. Prooemium f. ultimo.

118. Chart. in 4, saec. XV, fol. 490.

Ruperti Holcott lectiones in libros Sapientiae. — Tabula alphabetica f. 471.

119. Chart. in 4, scriptus a. 1419, fol. 221.

« Iacobi de Lausanna reportacio » in Sapientiae et Proverbiorum libros.

S. Augustini « tractatus viciorum et virtutum » f. 202.

« Beati Augustini planctus » f. 215 v.

« Eiusd. de honestate mulierum » f. 217.

« Eiusd. theoreuma » f. 218.

Fragmentum vitae (s. Ioannis Chrysostomi) graece, manu s. XII; inc. « . . . γὰρ τοσούτοις κακοῖς ἐκδοθεὶς ἄληπτος ἦν καὶ ἀχείρωτος· καὶ τοῦ ἐπαγομένου παντὸς ὑψηλότερος » f. 220 et 221 membranaceis.

120. Chart. in 4, saec. XV, fol. 139.

Quatuor Evangelia et prologi s. Hieronymi, cum glossa.

121. Chart. in f. scriptus a. 1405-1410, fol. 280, in duas partes divisus.

Novum Testamentum et prologi s. Hieronymi, cum glossis. — Insunt: s. Pauli epistola ad Laodicenos f. 179 v.: — Evangelium Nicodemi, initio mutilum, f. 233.

122. Chart. in 4, saec. XV, fol. 484.

Ioannis de Truczembach expositio in quatuor Evangelia, « collecta ex Nicolao de Lyra, Nic(olao) de Gor(r)am, glossa continuata s. Thome

Aquinatis et aliis doctoribus, et lecta in studio heydelbergensi annis 1442-1443 ».

123. Chart. in 4, saec. XV, fol. 358.

Expositio « recepta in forma de glo(ssa) Gorram super (psalm.) Beati immaculati in uia »; inc. « *Beati* (etc.) *ps. CXVIII, in precedentibus egit de laude dei* » (fine caret) f. 1.

« Gylberti sermones super Cantica » f. 21.

« Chonradi (Conradi Brunwilerensis) sermones breues » (de sanctis et de festis per anni circulum) « facti dum se ad curiam romanam recepisset et suos aduersarios et ueritatem coram papa Urbani (sic) deuicisset » f. 105.

« Simonis de Cassia, ordinis fr. eremit. s. Augustini, sermones XIV de morali gloria » f. 126.

S. Ioannis Evangelium cum glossa (imperfectum) f. 166.

Expositio in Evangelium s. Matthaei ex Gregorio, Gaufredo, Bernardo (imperfecta); inc. « *Gregorio quod caro Christi ad capiendum diabolum hamus fuit* » f. 221.

De contractibus; inc. « *(D)e translatione rerum temporalium ab uno homine ad alium* » f. 225.

124. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 305.

Philippi . . . . (nomen erasum) excerpta ex evangeliis de passione I. Christi f. 1.

« Fratris Allexandri de Allexandria » expositio in Evangelium s. Ioannis et in prologum s. Hieronymi f. 37.

« Wykleff in Anglia que sunt condempnata Londonii s. anno domini mccc 80 a 13 episcopis et archiepiscopo cantuariensi et a triginta magistris » f. 302.

Adnotationes de Novo Testamento et morales f. 303.

Utrum Christus sumpsit corpus et sanguinem in cena cum aliis f. 304 v.

125. Chart. in 4, saec. XIV et XV, fol. 197.

Nicolai de Gorram expositio in Evangelium Ioannis, scr. a. 1387.

(Eiusdem) in Cantica, scr. a. 1411, f. 131.

« Allax(andri?) de Hal(es?) (sic) in festo Lancee » (sermo) f. 196.

Sermo de Spiritu Sancto f. 197 v.; inc. « *Ille uos docebit omnia, sic scribit Iohannes* ».

126-131. Chartacei in 8, saec. XV.

« Magistri Heinrici de Homberg dubia principalia et minus principalia » in Lucae Evangelium et prologos.

126. fol. 436. — Prologi et cap. I Evangelii. Praeit f. 1 ordo dubiorum.
127. fol. 370. — Cap. XIII, f. 1; cap. XIV, f. 67; cap. XVI, f. 260 v. Codex 127 loco non suo; post 131 collocandus.
128. fol. 227. — Cap. III, f. 1.
129. fol. 309. — Cap. V, f. 1; cap. VI, f. 129 (in calce huius cap.: « *Datum anno domini M. CCCC 15* »).
130. fol. 228. — Cap. VII (scr. a. 1415), f. 1; cap. VIII, f. 113 v.
131. fol. 278. — Cap. XI (scr. a. 1419), f. 1; ordo dubiorum huius cap. f. 273 v.

132. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 88.

Expositio in epistolam s. Pauli ad Romanos usque ad cap. X; inc. « *Argumentum. Merito hec inter epistolas prima* » (in calce f. 23 v. adnotationes lingua germanica, alia manu) f. 1.

« Diui Pauli apostoli epistola ad Romanos », liber impressus Wittenburgii a. 1515, cum adnotationibus mss. inter lineas et in marginibus, f. 24.

Preces liturgicae variae ad complendam missam f. 52. — Missa de compassione b. Mariae virginis f. 52 v. — Sequuntur aliae missae et f. 55 preces lingua germanica.

Martini Hindenez expositio in epistolam s. Pauli ad Romanos, usque ad cap. VIII, f. 58.

« Divi Pauli ad Titum epistola sancta », liber impressus Wittenburgii a. 1516; habentur et hic adnotationes mss. in marginibus et inter lineas, f. 80.

Expositio in epistolam s. Pauli ad Titum; inc. « *De Nicopoli atticii littoris* » f. 84.

133. Membr. in 8, saec. XIV vel XV, fol. 150.

Nicolai de « Gorram in epistolas s. Pauli ad Corinthios ».

134. Chart. in 4, saec. XV, fol. 164.

« Liber dialogorum de scrutinio scripturarum »; inc. « *Scrutamini scripturas* (etc.) *Ioh. V Episcopus uolens Iudeos instruere* ».

135. Membr. in 8, saec. IX, fol. 52.

Imago Crucifixi, adstantibus b. Maria virgine, s. Ioanne et propheta, atramento et rubrica depicta, f. 1.

Interpretatio vocum hebraicarum ex s. Hieronymo, fine mut. f. 1 v.

Expositio in quatuor Evangelia, imperfecta, f. 37; inc. « *Primis* (sic) *quaerendum est omnium librorum tempus* ».

136. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 48.

« Expositio biblie super rara vocabula »; inc. « *Desiderio mei desideratas accepi litteras allusionis* » f. 1 v.

Vocabula psalterii, latine et germanice, f. 41.
« Passionalia vocabula », item latine et germanice, f. 41 v.
Argumenta Bibliorum Sacrorum f. 42.
Index Bibliorum f. 48.
Vocabulorum latinorum interpretatio, alia manu, f. 48.

137. Chart. in 8, saec. XIV, fol. 89.
Summa omnium capitum Bibliorum Sacrorum, imperfecta.

138. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 144.
« Breuiloquium in Sacra Scriptura »; inc. « *Flecto genua mea ad patrem domini nostri I. Chr.* » f. 1.
Sermo de poenitentia; inc. « *Gaudium est angeli Dei* » etc. « *penitentia agenda est multis de causis* » f. 32.
Bertoldi « rusticanus de sanctis », id est sermones de sanctis et de festis per anni circulum, f. 35 v.
Geroi (Gerhoi) Richenbergensis visio Tundali Hibernensis, a. 1144, f. 122.
Sermones de corpore Christi, fine mut. Primus inc. « *Venite comedite* (etc.). *Hiis uerbis dominus nos inuitat ad salutare conuiuium* » f. 132 v.

139. Chart. in 8, saec. XV, fol. 188.
Biblia aurea, i. e. sententiae de virtutibus et vitiis ordine alphabetico, ex Sacris Bibliis, f. 1.
Notae chronologicae et geographicae de historia Veteris Testamenti et de Palaestina f. 184.
Signa mortis; inc. « *si facies infirmi omnino dissimilis est* » f. 184 v. — Adnotatiuncula de significatione verborum « voveo domino » f. 184 v. — Expositio parabolae « omnis arbor non afferens fructum » — Adnotationes breves: de urbe Reatina: ex homiliis s. Gregorii magni: de Sodoma, Iericho et Babylone f. 185. — « Contra pestilentiam » (lingua germ.) f. 185 v. — Remedia contra morbos varios (lingua germ.) — « De sancto Augustino f. 186 v. — « De quindecim gradibus » — « De campana » f. 187. — « De malis mulieribus » — De Karolo magno f. 187 v. — De cilicio — Medicinalia f. 188 v.

140. Membr. in f. saec. XII vel XIII, fol. 190.
Alani de aequivocis mysticis, i. e. Sacrae Scripturae oculus sive de vocabulorum significationibus, ordine alphabetico, f. 1.
Hortationes et monita ad episcopos, ad praelatos, ad religiosos, ad

scholares, ad iudices vel potentes, ad divites, ad pauperes, ad saeculares, ad principes, ad iuvenes, ad senes et ad omnes, ex Sacris Bibliis f. 188; inc. « *Ad episcopos Paulus. Si quis episcopatum desiderat* ».

141. Chart. in 4, saec. XV, fol. 238.

Medicinalia, lingua germanica, f. 1.

« Ad interrogandum infirmum » (de fide christiana) f. 1 v.

Tabulae horariae, latine et germanice f. 1 v.

Vocabula astronomica interpretata lingua germanica f. 2 v.

Glossae breves in orationem dominicam f. 3.

Sententiae de Iesu Christo ex Augustino, Bernardo, Chrysostomo, Damasceno et Hugone de s. Victore f. 3 v.

« Versus super quartum sententiarum » f. 4.

« De fructu passionis Christi » et de statu hominis post peccatum; inc. « *Nunc dicendum est de fructu passionis Christi* » f. 12.

De interdicto, adnotationes breves, f. 13 v.

« De malis que secuta sunt ex negligentia »; inc. « *Negligentia lectionis in multis monasteriis multa mala secuta sunt* » f. 14.

Actus apostolorum, cum prologo s. Hieronymi et argumento, scr. a. 1410, f. 15.

« De uera morum conuersione »; inc. « *(D)icto de stabilitate dicendum est de morum conuersione* » f. 38.

« Fratris B(ernardini) de Senis distinctiones exemplorum noui et ueteris testamenti, abbreuiate et reducte ad diuersas materias secundum ordinem alphabeti », scr. a. 1461, f. 40.

Ordo librorum Veteris et Novi Testamenti, metrice, f. 152.

Concordantiae quatuor Evangelistarum, scr. a. 1461, f. 153.

« Registrum euangelistarum anni et dies gestorum Iesu Christi secundum b. Augustinum et Remigium et Gerandum »; inc. « *Nota quod Ihesus Christus natus est de beata uirgine Maria* » f. 155 v.

« Socratis dicta »; inc. « *Age sic alienum ut tuum non obliuiscaris negocium* » f. 158.

« Gregorius de nobilitate »; inc. « *Quid prodest ei generatio quem mores sordidant* » f. 158.

De avibus; inc. « *Primus* (sic) *auis est aquila* » f. 158 v.

Sermones de dedicatione ecclesiae et de b. Virgine; primus inc. « *Domus mea* (etc.). *Quia hodie agitur de dedicatione ecclesiae quae ad orandum est constructa* » f. 159.

« Hieronymi tractatus de uiciis et uirtutibus cum suis exemplis et naturalibus » f. 167 v.

Sermones varii et sententiae de rebus ex sacris scripturis et patribus ad usum sermonum; primus sermo, de novo sacerdote, inc. « *Vidi*

Angelum stantem (etc.) *Apoc. In uerbis premissis tria possunt breuiter notari* » f. 188 v.

« De octo beatitudinibus »; inc. « *Beati qui habitant* (etc.) *Ps. Omnis mortalium cura* » f. 238.

Adnotatiunculae de cruce et sepultura Christi f. 238.

142. Chart. et membr. in 4, saec. XIV et XV, fol. 292.

« Fratris Gerardi figure » Bibliae, imperf. (membr.) f. 1.

Marsilii de Inghen « lectura in Matthaeum » f. 27.

De septem verbis Christi crucifixi; inc. « *(U)ltima Christi uerba* » f. 173.

« Casus excommunicationum latae sententiae extracti de sacris canonibus » f. 188.

(Nicolai de Lyra) expositio in Danielem prophetam (membr.) f. 224.

« Eiusdem postilla super Apocalypsim » (membr.) f. 265.

143. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 50; magnam partem xylographice impressus.

Index et accurata descriptio libri, manu A. Zappelli, Scriptoris vaticani, f. *a*.

Providentia b. Mariae Virginis, seu historia eius ex Canticis Canticorum ligno impressa (ordo turbatus restituendus prout indicatur in folio *a*) f. 1.

Biblia pauperum, item ligneis tabulis impressa (tabula desideratur initio et inter f. 18 et 19) f. 10.

« Dis ist ein baum in dem man lichtlicht der biblischen hystorien geschicht inge dencken mag. », i. e. arbor generationis ab Adam ad I. Christum, lingua germanica; inc. « *Ich han gemercket die geschicht der heilgen biblischen hystorien* », manu saec. XV exeuntis, f. 30.

Historia David tabulis ligneis impressa (prima tabula desideratur) f. 41.

144. Membr. in 8, saec. XV, fol. 128.

« Tabula super diccionarium repertorium morale » ordine alphabetico; prologus inc. « *Notandum igitur quod in ista presenti tabula* »

145. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 241.

Liber manutrectus (i. e. mammotrectus) f. 1.

« S. Hieronymi liber hebraycarum vocum » f. 220 v.

146. Membr. in f., saec. XIV vel XV, fol. 83.

(Nicolai de Gorram) expositio prologorum s. Hieronymi in libros sacrarum Scripturarum.

147. Membr. in 4, saec. IX, fol. 133.

S. Clementis Recognitionum libri X latine, cum prologo Rufini Torritani interpretis (liber I^us^ est fine mutilus et II^us^ initio caret) f. 1.

Clementis epistolae ad Iacobum latine, fine mut. (quae desunt manu recenti suppleta) f. 126.

148. Membr. in 8, saec. XV, fol. 106.

Dionysii Areopagitae opuscula latine reddita ab Ambrosio Camaldulensi a. 1436: De coelesti hierarchia f. 1 — De ecclesiastica hierarchia f. 25 v. — De divinis nominibus f. 58 v. — De mystica theologia f. 104.

149. Chart. in 4, saec. XV, fol. 248.

Ioannis Wenck expositio in librum Dionysii Areopagitae de coelesti hierarchia dupliciter latine translatum, cum prologo et epigrammate in eumdem Dionysium, script. a. 1455, f. 1.

Petri Luder de Kyslaro epistola ad Ioannem Wenck data a. 1456 f. 140 v.

Dionysii Areopagitae opuscula latine, ex interpretatione Ambrosii Camaldulensis a. 1436, scr. a. 1455: De coelesti hierarchia f. 146 — De ecclesiastica hierarchia f. 172 — De divinis nominibus f. 200 — De mystica theologia f. 240. Sequitur f. 243 v. adnotatiuncula de transmissione interpretationis Ambrosii ad Nicolaum de Cusza facta a. 1443 per mag. Paulum florentinum.

Ioannis Wenck sermo in s. Dionysium Areop. et socios martyres, habitus Heidelbergae a. 1457, f. 243 v.

Eiusdem sermo in die nativitatis Christi « habitus a. 1458 » f. 245.

Eiusdem alius sermo in festo Epiphaniae « habitus a. 1478 » f. 246.

Adnotatio brevis de concilio Constantiensi f. 248 v.

150. Membr. in 8, saec. XV, fol. 193.

S. Ignatii Antiocheni epistolae XII f. 1.

« Hyronis » discipuli et successoris in episcopatu laus s. Ignatii f. 60 v.

S. Polycarpi epist. ad Philippenses f. 61.

S. Antonii abbatis epistolae VII f. 66.

Hieronymi vita s. Antonii e libro de viris illustribus f. 93.

Hermae Pastoris mandata et similitudines f. 94.

Xysti Pythagorici enchiridion; praeeunt de eodem testimonia Augustini et anonymi f. 181.

151. Membr. in 4, scriptus a. 1387, fol. 92, picturis illustratus.

« Origenis Adamantii super Cantica Canticorum » f. 1.

Hieronymi epistola ad Damasum de Origene f. 79 v.

« Origenis omelie (duae) in Cantica Canticorum » f. 80.

152. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 221.

« S. Iohannis Chrysostomi super euangelium Matthaei » homiliae 44; praeit tabula. Script. a. 1388, f. 1.

« Auctoritates diuersorum » (i. e. sententiae morales); inc. « *Ante senectutem considerandum est qualiter sit uiuendum* » f. 179 v.

« Magistrorum parisiensium terminaciones » (i. e. casus morales); inc. « *Quedam* (l. *quaerendum*) *si communicare excommunicatis in casu non concesso sit mortale peccatum* » f. 181.

« Fr. Angeli Lambardi ordinis heremit. regule theologice super audiendis confessionibus » f. 181 v.

« Hugonis card. de confessione » libri duo f. 182 v.

« Speculum clericorum »; inc. « *Prima superficies speculi huius* » f. 188.

De decretalibus summa in libros V digesta; inc. « *Labia sacerdotis custodiunt scientiam* » f. 192 v.

153. Membr. in 4, saec. IX, fol. 139.

« Ioannis Aepiscopi (sic) constantinopolitani commentarium in epistolam Pauli ad Haebraeos (sic) ex notis aeditum (sic) post eius obitum a Constantio presbitero antiocheno et translatum de graeco in latinum a Muciaro (sic) scolastico » f. 3.

Initio codicis membrana mutila, saec. IX, exhibens indicem codicis epistolarum Sulpicii Severi et passionarii iuxta ordinem calendarii. Item alia membrana, eiusdem fere aetatis, praebens tentamina carminum latinorum praesertim de codicis correctore.

154. Membr. in 8, saec. XV, fol. 44.

« S. Iohannis Crisostomi (sic) de compunctione cordis » libri duo f. 1.

« Eiusdem epistola ad Theodorum amicum lapsum » f. 15 v.

« Eiusd. de reparatione lapsi » f. 19 v.

« Eiusd. liber super uerbo quod nemo leditur nisi a seipso » f. 35.

Sermones quinque in nativitatem domini; inc. « *Grandis quidem est dilectissimi hodierna dominice natiuitatis solemnitas sed dies breuis cogit breuiare sermonem* » f. 45.

155. Chart. praeter folia aliquot membranacea, in 12, saec. XIV, fol. 74.

S. Ioannis Chrysostomi tractatus de reparatione lapsi, scr. a. 1421, f. 1.

« S. Gregorii » (facile Magni) sententiae morales; inc. « *Si considerentur que et quanta sunt que sanctis labuntur* » f. 36 v.

« S. Ioannis Chrysostomi tractatus in Eutropium » f. 37.

Preces de passione domini, de s. Georio et de X millibus martyribus f. 43.

S. Io. Chrysostomi « de compunccione cordis » libri duo f. 43 v.

156. Membr. in 12, saec. XIV et XII, fol. 51.

« Excerpta de scala fidei, sive opus super symbolum apostolorum » manu s. XIV; inc. « *Circa primum gradum huius scale quem beatus Petrus posuit s. credo in deum patrem* » f. 1.

Epitome Veteris Testamenti, manu s. XII; inc. « *Sicut Moyse primo omnium prophetarum insinuante* » f. 12 v.

De locis Palestinae, manu s. XII, fine mutilus; inc. « *Certum stilum sumens* » f. 49.

157. Membr. in 12, saec. XIV et XV, fol. 208.

Symbolum apostolorum, cum eorum nominibus singulis articulis, f. 1 v.

De stultitia peccatorum, fragmentum, f. 1 v.

Exempla varia philosophica, historica et moralia; inc. « *legitur quod quidam philosophus 30 annis stetit in solitudine ut cognosceret naturam apis* » f. 2.

« Aldebrandini Tusci de ord. fr. predicatorum opus quod dicitur scala » (ex Ioh. Climaco); inc. « *Funiculus triplex difficile rumpitur* » f. 5.

Sermones de sanctis et de tempore; primus est de s. Andrea; inc. « *Proposito sibi gaudio* (etc.) *s. Paul. ad Hebr. Ad commendationem b. Andreae* » f. 30 v.

Expositiones breves (initio et fine mutilae) epistolarum et evangeliorum per anni circulum, a feria quinta maioris hebdomadae ad decimamquintam post Trinitatem, quinio decerptus e codice s. XIII vel XIV, a folio 58 ad 67; inc. « *(Prin)cipes celi. Hester X. Fecit rex assuerus magnum conuiuium cunctis principibus terre* » f. 114.

(S. Bonaventvrae) « Opus (de peccatis) quod dicitur serpens »; inc. « *Tres sunt ternarii peccatorum infames* » f. 124.

Sermones; primus est de b. Virgine; inc. « *Non omnes qui audiunt epistolam de beata uirgine intelligunt eam* » f. 142.

Sermones quadragesimales; inc. « *Tempus flendi et tempus ridendi. Eccl. III. Duo ponuntur* » f. 154.

Expositio missae; inc. « *Sacerdos mittitur ad dominum ut intercedat pro populo* » f. 204.

Sermones de mortuis; inc. « *Opera illorum sequentur illos. Apoc. In hac auctoritate tracta de epistola mortuorum* » f. 205.

« Fr. Thome de Aquino tractatus de articulis fidei » f. 206.

158. Membr. in f. saec. XV, fol. *a-c* 260, picturis illustratus.

Fragmentum tractatus s. Cypriani de habitu virginum f. *a*.

Tabula operum s. Cypriani imperfecta f. *b*.

S. Cypriani opera f. 1.

Pontii vita s. Cypriani imperfecta f. 252.

159. Chart. in 4, saec. XV, fol. 297.

S. Cypriani ad Donatum f. 1 — Ad Demetrianum f. 5 v. — Ad Fortunatum f. 12 v. — De lapsis f. 22 — De opere et eleemosynis f. 31 — De mortalitate f. 38 v. — De patientia f. 44 v. — De dominica oratione f. 51 v. — De sacramento calicis f. 61 v. — De disciplina et habitu virginum f. 67 — De zelo et livore f. 76 — De unitate ecclesiae catholicae f. 79 — Quod idola dii non sunt 88 — Ad Tiberitanos f. 91 — Ad confessores f. 95 — Ad Tiberitanos (iterum) f. 97 v. — Ad Antonianum de Cornelio et Novatiano f. 101 v. — Ad Quirinum f. 110 — Ad Florentium f. 155 v. — Ad Romanos f. 158 v. — Ad Eucratium de histrione f. 161 v. — Ad Fidum de infantibus baptizandis f. 162 — Sententiae episcoporum f. 163 v.

Explicatio quarumdam fabularum de stellis (mythographus); inc. « *Saturnus depingebatur et supponebatur homo senex* » f. 179.

Ad libros Metamorphoseon Ovidii commentarius; inc. « *(I)stis praemissis incipiendum est a primo ouidii metamorphoseos* » f. 188.

De imaginibus allegoricis et historicis deorum, heroum, regum, philosophorum etc., virtutum, et exempla varia ex legibus, historiis etc. sacris et prophanis; inc. « *(T)heodosius de uita alexandri. Rex Cicilie Alexander* » f. 230.

160. Membr. in 4, saec. X, fol. 143.

Arnobii (iunioris) « super Psalmos », praeeunte epistola ad Laurentium et Rusticum episcopos.

161. Membr. in 4, saec. X, fol. 236.

Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum libri VII, hoc ordine: De falsa religione deorum, libri duo; lib. primus initio mutilus inc. a verbis « *Deo autem quia semper unus est* », f. 1 — De falsa sapientia philosophorum, lib. tertius, f. 61 — De vera religione et vera sapientia, lib. quartus, f. 99 — De iustitia, lib. quintus, f. 135 — De vero cultu, lib. sextus, f. 164 — De vita beata, lib. septimus, f. 202.

« De Dei opificio, id est de ratione Firmiani Lactantii ad Demetrianum », imperfectus, f. 236.

F. 236 v. legitur: « *Antestis domini nimium praeclarus amande - Hunc tibi lotharius librum sic scribere fecit* ». Sequitur versus alia manu, deletus.

162. Membr. in 4, saec. XV, fol. 213, picturis illustratus.

« Lactantii Firmiani Divinarum Institutionum adversus gentes » libri VII f. 2 v. Praeit, f. 1, prologus in Lactantium ex s. Augustino et s. Hieronymo.

« Eiusdem de ira Dei » f. 176.

« Eiusdem de opifitio hominis » f. 193.

« Lactantii Firmiani iucundissimum carmen lepidissimumque de ortu, obitu phoenicis, inuentum basilee » f. 209.

« Phoenix secundum Claudianum inuenta Papiae », carmen hexametrum; inc. « *(O)ceani summo circumfluus equore lucus* » f. 211 v.

163. Membr. in 4, saec. XV, fol. 261, pict. ill.

« Lactantii Firmiani de ira Dei » f. 1.

Elogium Lactantii ex Hieronymo de viris illustribus f. 20.

Lactantii Divinarum Institutionum libri VII f. 21.

« Eiusd. de opificio hominis » f. 233.

De Lactantio testimonia s. Augustini et s. Hieronymi f. 253.

Argumenta capitum libror. VII Divinarum Institutionum f. 253 v.

164. Chart. in 4, saec. XV, fol. 190.

« Lactantii Firmiani de Divinis Institutionibus » libri VII.

« Eiusd. de dei opificio seu hominis formatione ad Demetrianum » f. 156 v.

« Eiusd. de ira Dei » f. 173.

165. Membr. in 8, saec. IX vel X, fol. 36.

« Iulii Firmici Materni v. c. de errore profanarum religionum »; initio et fine mutilus.

Preces; inc. « *Deus propitius esto mihi peccatori* » f. 33 v.

Clementis (romani) de idolorum genealogia (Recogn. X, 17-27); inc. « *Permittente beato apostolo Petro clemens multa de nefanda idolorum genealogia loquutus* etc. *Aiunt qui sapientiores sunt inter gentiles* » f. 34.

Folia 2 recto, 3 v. 4 r. 6 r. 8 r. 10 r. 11 v. 12 r. 14 r. 15 v. 17 v. 18 r. 19 v. 22 r. 24 r. 25 v. 29 v. 30 v. 31 v. 32 r. 33 v. 34 r. 35 v. 36 v. palimpsesta: scriptura antiquior videtur semper eadem; sunt fragmenta instrumenti, cuius initium f. 24 r. « *In no dni di salb ihu xpi imp domn piissimo pp augusto lo(h?)* ... ».

166. Chart. in 4, scriptus a. 1434, fol. 222.

Fortunati vita s. Hilarii pictaviensis ad Pascentium episc. f. 1.

Fragmentum de allegoriis virtutum et de tumulo s. Hilarii; inc. « *(Q)uid per pratum bonum curatum nisi sancta et munda anima* » f. 4.

« S. Hilarii epistola ad Abram filiam suam »; praeit, tamquam argumentum: « de baltheo castitatis que exornatur octo margaritis spiritalibus » f. 4.

« Eiusd. de s. Trinitate » libri XII f. 11.

167. Membr. in 8, saec. IX vel X, fol. 55.

« S. Hilarii expositio in evangelium Mathei super titulos quatuordecim »; desunt ultima folia ab initio cap. XIV Matth.

168. Membr. in f. saec. IX vel X, fol. 207.

« S. Ambrosii expositio in Luca » (sic), libri X; f. 1 notatur, lingua germanica, d. 12 Iunii 1553 capitulum et decanum neuhausenses prope Worms codicem obtulisse Otthainrichio comiti palatino, utriusque Bavariae principi.

169. Membr. in 4, saec. IX vel ineuntis X, fol. 151.

« S. Ambrosii expositio in epistulas Pauli ad Corinthios » f. 2.

Nomina laureshamensis coenobii fratrum, manu s. X; inc. « *Gerbodo abb. et pr.* »; in margine adnotatio, manu saec. XVII, de Gerbodone abbate qui vivebat anno 948 et de aetate codicis f. 151.

170. Membr. in f. oblongo, saec. IX vel X, fol. 84.

« S. Ambrosii epi. tractatus de historia Iosippi captiui translata ab ipso ex greco in latinum », libri V.

171. Membr. in 8, saec. XIV et XII, fol. 65.

« S. Ambrosii (sic) liber de conflictu vitiorum actorum virtutum (sic) », manu s. XIV, f. 1.

« Liber sententiarum » (initio codicis Isidoro tributus) de virtutibus, vitiis etc. ex bibliis Vet. et Novi Testamenti, Ambrosio, Anastasio, Augustino, Basilio, Caesario, Clemente Alex., Cypriano, Ephrem, Gregorio magno, Hilario, Hieronymo, (Fl.) Iosepho, Isidoro, Origene; inc. « *Dominus dicit in euangelio. Maiorem caritatem nemo habet; quia ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Petrus dicit. Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis caritatem continuam habentes* », manu s. XIV, f. 5v.

Hugonis « tractatus de mysterio crucis, et de luce sempiterna per quam antiquorum patrum olim meruerunt illustrari praecordia »; inc. « *Quoniam primus homo dilectissimi fratres pro cibo cupiditatis quem illicite comedit* », manu s. XII, f. 42v.

De sacerdotali ac regia dignitate; inc. « *Quia serenitati uestrae dilectissimi fratres* » f. 60.

172. Membr. in 4, saec. IX, fol. 187.

« Hieronimi pbr. expositio in Esaiam prophetam », libri X.

173. Membr. in f. saec. XI, fol. 299, picturis illustratus.

« Beati Hieronimi explanatio in Danielem prophetam » cum prologo ad Pammachium et Marcellam f. 2. Praeeunt, f. 1, imago Gumboldi clerici codicis scriptoris, et f. 1 v. pictura exhibens Danielem in lacu leonum et coram dracone, nominibus appictis singulis imaginibus et metrica epigraphe quae inc. « *Quem putat absumptum rex clemens plorat amicum* ».

« Eiusd. epistolae ad Marcellam de decem nominibus quibus apud Hebreos deus vocatur » f. 43, et « de muneribus » (transmissis) f. 43 v.

« Eiusd. expositio in XII prophetas » f. 46 v.; praeunt: f. 43 v. prologi in Amos, in Ionam et in Abdiam suis locis omissi: f. 45 imagines s. Hieronymi et Regimperti abbatis, nominibus adscriptis: f. 45 v. et 46 imagines XII prophetarum, item nominibus adscriptis; singuli volumen exhibent scriptum.

174. Membr. in f. saec. X, fol. 122.

« S. Hieronymi presbyteri in Osee prophetam (sic) » libri III, in Amos l. III et in Abdiam l. I, ad Pammachium episcopum.

175. Membr. in 4, saec. X, fol. 65.

Interpretatio nonnullarum vocum graecarum f. 1.

Dirae in fures librorum; inc. « *Qui te furetur* » f. 2.

« S. Hieronimi presbiteri tractatus in Ecclesiasten » f. 2 v.

Oratio dominica, graeca lingua, litteris latinis, f. 65 v.

« Breue de libris qui Eheilradi fuerunt »; inc. « *liber euangeliorum* » f. 66 v.

Adnotatio, manu s. XIV, de incendio oppidi Heppenheim a. 1369, f. 66 v.

176. Membr. in 8, saec. X, fol. 162.

S. Hieronymi commentarius in Matthaeum, sine prologo, praemissa capitum tabula, f. 5.

« Augustini in Iohannem » f. 87.

De oratione dominica; inc. « *Dominus noster Ihesus Christus uidens se sequi multas turbas* » f. 161 v.

« S. Ambrosii episcopi fides »; inc. « *Nos patrem filium et spiritum sanctum unum Deum confitemur* » f. 162 v.

« Eulogii ratio sperae Pitagorae philosophi »; inc. « *Computa numerum singularum litterarum* » f. 162 v. Textus continuatur f. 1, cum delineationibus spherae astrologicae et iudiciariae.

177. Membr. in f. oblongo, saec. IX vel X, fol. 123.

S. Hieronymi expositio in Matthaeum.

178. Membr. in 4, saec. X, fol. 83.

« Hieronimi epistola ad (C)thesiphontem contra heresim Pelagii » f. 1.

Eiusd. contra « (C)thesiphontem » haereticum, mutilus in fine, cum prologo, f. 11.

Fragmentum Psalmorum cum notis musicis, manu s. XI, f. 83.

179. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 204.

« B. Hieronimi super miracula et gesta in uitis sanctorum patrum » f. 1.

« Eiusd. de uita ss. patrum heremitarum » (in fine, praefatio et vita s. Pauli primi heremitae) f. 177.

« Exempla scripta ad honorem b. virg. que dominus per eam operatus est; incipientes a litteris sicut in salutione b. v. continentur »; inc. « *Aureis litteris quidam clericus* ».

180. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 136.

S. Hieronymi epistolae LXV.

181. Chart. in 4, saec. XV, fol. 401.

S. Hieronymi tractatus in Matthaeum, libri IV, praemissa epistola ad Damasum f. 1.

De vita et scriptis Bedae; inc. « *Beda famulus Christi et propheta* » f. 189.

« Alberti Theutonici opus ad honorem uirginis gloriose » (in calce, nota anni 1437) f. 196.

182. Chart. in 4, scriptus a. 1449, fol. 337.

S. Hieronymi interpretationes hebraicorum nominum, cum prologo ad Nilum f. 1.

« Tabula super libros moralium beati Gregorii in Iob secundum alphabetum; inc. « *Abel de inno(ce)ncia eius* » f. 63.

« Tituli et inicia omnium capitulorum moralium b. Gregorii » f. 145.

« Fratris Heinrici Ariminensis tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus ad cives Venetos »; praeit tabula lectionum capitulorum f. 157.

« Sexti d'Ast ord. fr. min. tabula de expositione vocabulorum difficilium contentorum in corpore iuris tam canonici quam civilis et de eorum significationibus secundum ordinem alphabeti » f. 313.

183. Membr. in 4, saec. IX, fol. 36.

S. Hieronymi « liber quaestionum » hebraicarum.

184. Membr. in 8, saec. XV, fol. *a-b* 42.

« S. Hieronymi virorum illustrium catalogus » f. 1.

« Eiusd. tractatus ad Desiderium de duodecim scriptoribus »; accedit de s. Hilario caput XIII, ex libello de viris illustribus f. 38.

Codici praemittuntur membranae *a-b*, quarum scriptura, saeculi circiter XIV, erasa est.

185. Membr. in 8, saec. XII vel XIII, fol. 68.

« S. Hieronymi liber hebraicarum questionum » f. 1.

Eiusdem « liber locorum hebraicorum » f. 22 v.

Eiusdem « liber nominum hebreorum » f. 46.

186. Membr. in 8, saec. IX, fol. 36.

« Sci. Hieronimi prbi. fides » f. 1.

« Ebrietatis uitium declinandum », versus hexametri; inc. « *Qui cupis esse bonus et uis dinoscere uerum* » f. 3 v.

« S. Efrem opuscula de paenitentia (sic) » f. 5.

Initium carminis: *Plurima labenti donauit luminaria* (sic) *coelo* » f. 34 v.

Sermo de castitate initio mutilus; ultima pagina pene deleta; inc. « . . . . *caro facere nisi uoluerit anima. Munda ergo cogitatione animo* (sic) *et caro non peccat* (sic) » f. 35.

187. Membr. in 12, varia manu saec. VIII, litteris partim uncialibus, partim minusculis, fol. 66.

Brevis adnotatio, manu saec. VIII vel IX, fere deleta f. 1.

S. Hieronymi expositio Psalterii ad Damasum f. 1 v.

Psalmi usque ad tertium mutilum f. 4.

« Unguentum ad uentrem soluendum » et « potio ad ptysicos »; inc. « *Recipe haec aloe* » f. 7.

« Galieni (sic) Alphabetum (de re medica) ad Paternum » fine mutilum; inc. « *I. aerustus. Fit maxime de clauis cupriis et uetustis* » (praeit f. 8 tabula) f. 9.

188. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 81.

« S. Augustini de doctrina christiana libri IV ». In calce, f. 81, manu eiusdem aetatis: « *Nobilis bis denos conposuit hos quoque biblos* || *Nobilem quem caelebrant Agustinus quique prudentes* ». Post f. 81, in tegumento codicis, litteris quadratis: « *Adalungo abbas* ».

189. Membr. in 4, saec. X, fol. 129.

« Sci. Aureli Augustini ecclesiae catholicae (sic) de doctrina christiana » libri IV, cum prologo ex libro Retractationum.

190. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 194.

Tabula codicis f. 1 v.

« S. Augustini de doctrina christiana libri IV » f. 2. — F. 1 recto, initium eiusdem tractatus imperf.

« Eiusd. confessionum libri XIII » f. 43 v.

« Eiusd. liber de bono coniugali » f. 139 v.

« Eiusd. de nuptiis et concupiscentia libri duo », ad Valerium comitem f. 151.

« Eiusd. liber de origine animae », ad s. Hieronymum f. 182.

Singulis tractatibus praeeunt excerpta ex lib. Retractationum.

191. Chart. in 4, saec. XV, fol. 235.

Quaestio de dilectione dei; inc. « *Dubitatur ex quo solo Deo est fruendum* » f. 1.

« B. Leonis pape sermo de sancta et indiuidua trinitate (seu) de fide Leonis pape » f. 2.

« Tres sunt gradus christianae fidei scil. intellectus diuinis perpaucis hominibus a deo collatus » etc. f. 4.

Expositio dominicae orationis; inc. « *Pater noster - non dicimus enim pater meus sed pater noster* » f. 5 v.

Excerpta varia e Gregorio Nazianzeno, Ioanne (Chrysostomo?) et quaestiones morales; item de versione Bibliorum a LXX interpretibus et de locis Ægypti et Palestinae f. 6.

S. Augustini de doctrina christiana libri IV, cum prooemio ex libro Retractationum f. 9. Sequitur f. 46, « registrum », i. e. index rerum ordine alphabetico.

« Eiusd. epistola ad Bonifacium comitem que intitulatur de instrumentis bonorum operum, alias intitulatur de salutaribus documentis » f. 50.

« Eiusd. de fide ad Petrum diaconum » f. 63.

Excerptum ex s. Augustini sermone de nuptiis f. 73.

« Eiusd. de agone christiano » f. 73 v.; in sequenti f. 73[a] prologus ex libro Retractationum.

« Eiusd. expositio symboli »; inc. « *Quoniam scriptum est* » f. 79.

« Eiusd. alia expositio symboli »; inc. « *Queso vos fratres karissimi* » f. 83 v.

« Eiusd. omelia de symbolo et deitate et omnipotentia patris » f. 84.

« Eiusd. sermo de incarnatione domini in natali domini et saluatoris » f. 84 v.

« Liber cuiusdam deuoti ad matrem suam religiosam factam »; inc. « *Tuae non immemor petitionis o carissima mater* » f. 85 v.

« S. Augustini super septem Psalmos poenitentiales »; inc. « *De octauo uidetur obscurum hic nam cetera in hoc titulo manifestiora sunt* » f. 93.

S. Augustini in psalmos CXII, CXVI, CXLV, CXLVI, CXLVII, CXLVIII, CXLIX, CL f. 139.

« Eiusd. de diffinicione dogmatum ecclesiasticorum » f. 180 v.

« Eiusd. liber de heresibus »; praeit tabula desinens in Pelagianos, alia manu additi « Abeloite, Nestoriani, Euthiciani », quorum in tractatu nulla mentio f. 185 v.

« Eiusd. sermo de muliere cananea » f. 197 v.

« Eiusd. sermo de eo quod ait Iohannes in epistola sua: si dixerimus quoniam peccatum non habemus nos ipsos seducimus » f. 199.

« Eiusd. sermo de arbore ficulnea et de muliere quae XVIII annos habebat in infirmitate nec se erigebat » f. 201.

« Eiusd. expositio membrorum, uestimentorum et actuum Dei, (seu) de essencia deitatis » f. 202 v.

« Eiusd. super Genesim » (excerpta) f. 206.

« Eiusd. de uita christiana » f. 206 v.

« Eiusd. sermo de assumptione b. M. virginis »; inc. « *Ad interrogata de uirginis et matris domini resolucione temporali et assumptione perenni* » f. 213.

« Eiusd. (alia manus: Anshelmi) Meditaciones »; inc. « *Eia homuncio fuge nunc paululum occupaciones tuas* » f. 215 v.

« Hec sunt quae debet facere et scire canonicus regularis »; inc. « *Primum ut concorditer uiuat* » f. 221.

« Liber florum collectus et continuatus de diuersis libris summi et imperialis doctoris Augustini », cum prologo qui inc. « *Quorumdam librorum gloriosi et incomparabilis doctoris Augustini tractatus percurrentes* » f. 221 v.

Hugonis de s. Victore de anima Christi f. 230.

« De intelligentia librorum beati Augustini »; inc. « *Nota ad intelligentiam librorum Augustini* » f. 233.

« Beati Augustini libellus de honestate mulierum »; inc. « *Nemo dicat fratres quod temporibus nostris* » f. 234 v.

192. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a-b* 219.

« De libris quibusdam quos conscripsit beatus et magnus pater Augustinus episcopus »; inc. « *Augustinus ante baptismum scripsit de pulchro et apto libros tres* » f. *a*.

S. Augustini « ad Tichonium contra epistolam Parmeniani donatiste » f. 1.

« Eiusd. de baptismate » libri septem f. 22.

« Eiusd. de baptismo paruulorum » libri tres f. 58 v.

« Eiusd. liber de unico baptismo » f. 82 v.

« Eiusd. liber de spiritu et littera », scr. a. 1466, f. 88.

« S. Augustini liber de uidendo deo ad Paulinam clarissimam », scr. a. 1473, f. 100v.

« Eiusd. de concordia euangelistarum » libri tres f. 109.

« Eiusd. liber de heresibus », praeeunte prologo cum epistolis s. Monicae et Quodvultdei diaconi, f. 174.

« Eiusd. de conuersione ad deum », sermo f. 182v.

« Mag. Gabriel Byel de Spira, ecclesiae Moguntinensis vicarii, praedicatoris in Rynkavia, de quibusdam articulis fidei credendis », i. e. auctoris apologia de eius fide orthodoxa, oblata Sedi Apostolicae a. 1462, f. 186.

« Processus pape » contra Dietherum de Ysemburg (ad ecclesiae maguntinae episcopatum simoniace electum) f. 200v. Continet: f. 200v. Pii II litteras apostolicas tres, dat. Tyburi XII kal. Sept. a. 1461, quibus Dietherum de Ysemburg privat ecclesia maguntina et eidem ecclesiae praeficit Adulphum de Nassauo: f. 203v. Friderici imp. « littera(m) contra Dietherum de Ysemburg et pro Adolfo de Nassauo » germanice; inc. « *Wir Friederich uon Gottesguaden Romische Keyser* »: f. 204 Pii II litteram ad Fridericum comitem palatinum, dat. Romae VII kal. Martii a. 1462, qua eum redarguit de auxilio praestito Diethero electo maguntino.

« Diss ist die abschr. eynssen br. den der hochgelert andechtige und ersam mess. Gabriel Byel lycenciatt der heyligen geschrifft s.... guttis frunde eyme in die stadt menczee » f. 205v.

« Marchio badensis festo pauli prostratus ducitur ex captus (l. castris) palatinis exsuperatus » etc. rhythmus f. 206.

Mag. Nicolai de Wachenheim « tractatus seu opusculum contra errores quorumdam iuuenum masculorum » (qui catervatim ad b. Mich. Archangeli limina, in finibus Franciae constituta, peregrinabantur), compos. a. 1458, f. 207.

« Nota pro praecedentis opusculi registro quod infrascripta in eodem continentur puncta » etc. f. 219.

193. Chart. in 4, saec. XV, fol. 265.

Excerptum ex mag. Heynrico de Hassia; inc. « *quia quorumcumque viatorum quod satis dedit intelligi salvator loquens de Iohanne Baptista* » f. 1.

Eiusd. « utrum anima intellectiua fuerit creata in corpore humano uel extra » (XVI[a] quaestio in II Sententiarum) f. 1v.

« S. Augustini » opera, sequentibus praescriptis titulis:

« De formatione humani corporis » (excerptum) f. 2.

« Liber de natura boni » f. 2v.

« De decem cordis, id est de decem praeceptis » f. 5v.

« Liber de disciplina christiana » (initium tantum) f. 8.
« Liber confessionum » f. 10.
« De origine anime » ad Hieronymum f. 116.
« S. Hieronymi rescripcio super hoc ad b. Augustinum » f. 120 v.
« Dyalogus de natura et qualitate et quantitate anime » f. 121.
Soliloquiorum libri II, cum prologo ex libro Retractationum, f. 140 v.
« Meditacio quibus causis sit deus diligendus semper » f. 156 v.
« Manuale de contemplacione Iesu Christi » f. 164.
« Liber dyalogorum percunctante Orosio presbitero » f. 171.
« Sermo de annunciacione gloriose virginis Marie » f. 180.
« Liber de substantia dilectionis et amoris » f. 182.
« De utilitate agende poenitentie » f. 184.
« De eo quod non sit differenda poenitentia » (excerptum) f. 188.
De septuaginta interpretibus (excerpt. e Civ. Dei, XVIII 42) f. 188 v.
« Liber sextus musice » f. 190.
« Ordo et celebratio misse qualiter apud romanos agitur » fine mut.; inc. « *Primum enim in celebratione misse ad introitum sacerdotis ad altare antiphona cantatur a clero* » f. 47 v.

« Glosemata de Prudentio », fine mutila, manu saec. X; inc. « *Illustrium. Nobilium uel clarorum* » f. 48.

F. 62-67 recto saec. XI.

« De kalendis nonis idibus ac diebus XII mensium » (i. e. tractatus de kalendario et de computo paschali); inc. « *Ianuarius Augustus et December IIII nonas habent* » f. 62.

« In sancti Baptistae Christi preconis », hymnus cum notis musicis; inc. « *Sollemnia celebrantes moribus ipsum sequamur* » f. 67 v.

Laterculum sanctorum (mensium Sept. Oct. et Nov.) e kalendario, manu saec. XII, f. 67 v.

236. Membr. in 4, saec. X, fol. 53.

« S. Prosperi (Aquitani) de vocatione omnium gentium » libri duo. Praeit somnium vel visio in ecclesia s. Nazarii in Laurissa; inc. « *Hoc uero somnium uel certa internorum uisio oculorum* ».

237. Membr. in 8, saec. IX, fol. 90.

S. Prosperi Aquitani « liber promissionum et praedictionum dei ».

238. Membr. in 8, saec. IX, fol. 75.

« Prosperi de vita contemplativa libri tres » f. 4.

Vetus Martyrologium (vulgo Hieronymianum), ab VIII kal. Ian. ad prid. k. Febr. imperfectum (et etiam mutilum a III non. Ian. usque ad VI k. Febr.), f. 75 et 1-2, quae in nova compactione codicis extremo loco posita sunt.

239. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 21.

« Prosperi exhortatio ad uxorem » f. 1.

« Sententiae generales in singulis uersibus »; inc. « *Utilibus monitis prudens adcommodet aures* » f. 3; sequuntur sententiae breves, ord. alphabetico, usque ad litt. L, absque nomine auctoris; A. Maius adnotavit esse Publilii Syri.

« Sancti Esidori episc. iunioris liber cronicorum (sic) », cum nonnullis adnotationibus in marginibus manu saec. XIV, f. 6 v.

240. Membr. in 8, saec. X vel XI, fol. 64.

Trithemii abb. de Claudio Mamerto ep. viennensi, manu s. XVI, f. 1.

« Fausti regiensis episc. epist. ad Claudianum (sic) Mamertum » f. 1 v.

« Claudiani (Mamerti) de statu animae » ad Lollium Sidonium f. 4.

Psalmus primus et oratio dominica graece f. 64 v.

241. Membr. in 12, saec. X, fol. 37.

« Fausti episcopi regiensis in Gallia ex abbate lirinensi de Spiritu Sancto »; praeit, f. 1 v. particula ex elogio Fausti conscripto a Gennadio Massiliensi.

Hymnus de S. Mauricio et legione thebaea; inc. « *Emicat ecce dies lucida quam sibi uictor atre sociat* » f. 36 v.

242. Membr. miscellaneus in 16, saec. X-XI, XII et XIII, fol. 128.

F. 1-64 manu saec. X vel XI.

« Sedulii Scotti in quatuor euangelistas explanaciones »; inc. « *Liber generationis. Moyses librum creationis caeli et terrae conscripsit perituri hominis originem texens, Mathaeus autem* » etc. f. 1.

(Eiusd.) explanationes in s. Hieronymi praefationes et prologum ad evangelia, cum glossis latinis et germanicis. Praeit brevis prologus de capitulis et canonibus evangeliorum; inc. « *Quamuis capitulorum numerus in fronte cuiuslibet euangelii* » etc. f. 9 v.

« Eiusd. explanatiuncula de breviariorum et capitulorum canonumque differentia » f. 38.

« Eiusd. expositiunculae in argumenta secundum Matheum, Marcum et Lucam » f. 41.

F. 65-73 manu saec. XII.

De translatione reliquiarum sanctorum Rufini et Albini Romam facta a Grimoardo archiep. toletano, satyra contra Urbanum pp. II et curiam romanam; inc. « *Quo tempore Urbanus romanae ecclesiae auidissimus pontifex* » f. 65. In calce satyrae: « *Ego Calliopius recensui* ».

Ivonis Carnotensis epist. ad « G(irardum) abb. monasterii s. Martini utrum tabulae altarium aliquando consecratae, cum translatae fuerint, et super novam struem lapidum positae, denuo sint consecrandae » f. 70 v.

Eiusd. ep. « ad S. (sic) compresbyterum » circa quaestiones de sponsalibus; inc. « *Suscitata est a me dilectio tua utrum pueri sex annorum* » f. 71 v.

Eiusd. ep. ad « W(ulgrinum) parisiensem archidiaconum de Iudea baptizata et christiano nupta postea vero ad iudaismum reversa » f. 72.

Eiusd. ad « G(alterium) beluacensis ecclesiae bibliothecarium qua penitentia sit multandus presbyter qui uerba diuini sacramenti in coniugali benedictione illusorie transmutauit » f. 72 v.

De sacrificiis, « de penitentia Salomonis », de peccatis, de conversione, commentationes breves et sententiae varia manu; inc. « *Antiqui solebant offerre in sacrificio hircum uel bouem* » f. 73.

F. 74-88 manu saec. XIII.

Hymnus in laudem b. Virginis cum notis musicis; inc. « *Gaude dei genitrix virgo immaculata* » f. 74.

De Catone Censorino et Uticensi, Aviano (auctore fabul.), Maximiano, Homero, « Theodolo », Aratore, Prospero, Sedulio, Prudentio, Ovidio et eorumdem scriptis, fine mutil.; inc. « *Duo catones erant rome. censorinus cato. et uticensis cato* » f. 74 v.

Maximiani carmina de vitiis senectutis et virtutibus iuventutis, cum glossis; inc. « *Emula quid finem cessas properare senectus* » f. 81.

« S. Marie egiptiace vita metrice composita », manu saec. XI vel XII; praemissae sunt, f. 89, imagines pictae s. Zosimi et s. Mariae Aegypt.; inc. « *Sicut hiemps laurum non urit nec rogus aurum* » f. 89 v.

Prudentii psychomachia (f. 112 v. manu saec. XIV, Sedulio tributa), fine mutila, manu saec. XI, f. 113.

243. Membr. miscellaneus in 8, saec. IX-X, fol. 66.

« Ferrandi diaconi ecclesie cartaginensis ad Reginum comitem qualis esse debeat dux religiosus in actibus militaribus » (folium 1 est repetitum: f. 1*a* est chartaceum, saec. XV), manu saec. X, f. 1.

Eghinardi vita Caroli magni, manu saec. IX, fine mutila, f. 33. In calce, f. 48 v. manu saec. XVII, adnotatur: « deest pars fere tertia ».

Orationes liturgicae de s. Cruce, s. Trinitate, b. Maria virg. et in festis apostolorum, confessorum, martyrum et virginum — Missa pro amico in tribulatione posito. Manu saec. circ. X, f. 49.

« Chronica ab anno incarnat. dni. DCLXXXV ab initio uero mundi anno IIII(M) DCCLXX » ex Beda, manu saec. IX vel X, f. 52. — Sequuntur, eadem manu:

« *Hucusque Beda pbr. chronica sua perducit cui nos ista subiciamus* » (i. e. chronica regum francorum a Pipino usque ad Lotharium I, scripta a monacho quodam lauresheimensi); inc. « *Pippinus dux francorum* » f. 55:

« Nomina regum francorum »; inc. « *Hlutharius regnavit ann. XLIIII - Dagobertus XVII* »; des. « *Hlotharius an. XVI.* » f. 61.

« Oratio quando ymnum cantatur angelicum »; inc. « *Deus qui non mortem sed penitentiam desiderat peccatorum* », manu saec. X, f. 61 v.

« Praecepta uiuendi per singulos uersus quae monastica dicuntur »; inc. « *Haec praecepta legat deuotus ut impleat actu* », manu saec. IX vel X, f. 62.

« Versus contra luxuriam »; inc. « *Qui cupis esse bonus qui uitam queris honestam* », manu saec. IX vel X, f. 66.

Orationes pro vivis atque defunctis fere deletae; inc. « .... *domine nostrorum solue uincula delictorum* », manu saec. IX vel X, f. 66 v.

244. Chart. in 4, saec. XV, fol. 218.

« Cirilli epi. quadripartitus apologiticus (sic) »; inc. « *Secundum Aristotelis summam in probleumatibus* (sic) *suis* » f. 1.

« S. Fulgentii episc. libri IV (et) obiectionis (sic) ad Monimum regis Africe Trasamundi (sic) » f. 53.

« Eiusd. libri tres de mysterio mediatoris, de immensitate divinitatis filii dei, de sacramento dominice passionis » f. 94.

« B. Bernardi epistola ad Gishebertum uniuersalem lundoniensem episcopum »; inc. « *Longe satis exiit sermo quem fecisti* » f. 136 v.

« Giselberti (sive « Gilberti » de Hoylandia) monachi sermones circa Canticam » Canticorum, a cap. III ad medium IV, f. 137.

Vita Gilberti (Silvestri pp. II) ex chronico Martini poloni f. 218.

245. Membr. in 4, saec. IX, fol. 197.

S. Gregorii moralium in Iob libri quinque priores, cum epistola ad Leandrum episc. Ultima folia corrupta et mutila.

246. Membr. in f. saec. X, fol. 110.

« Gregorii papae moralium in expositione beati Iob per contemplationem sumpta pars tertia » (a libro XI ad XVI).

247. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 229.

S. Gregorii « Tercia (et quarta) pars moralium » (a lib. XI ad XXII) f. 1.

Laudes s. Kyliani cum notis musicis; inc. « *O Xpi. martyr s. Kyliane* » — Adami clerici epigrammata; inc. « *arbore sub quadam dictabat clericus adam* » — Signa « que fient' ante diem iudicii », « horum signorum auctorem esse Ieronimum quidam testantur » (sic in codice) f. 229.

248. Membr. in 4, saec. X, fol. 146.

S. Gregorii moralia in Iob, a lib. XXIII ad XXVII; folium primum desideratur.

249. Membr. in 4, saec. IX, fol. 150.

« Beati Gregorii papae urbis Romae moralia in Iob, pars ultima » (a lib. XXXII ad XXXV).

250. Membr. in f. scriptus a. 1424, fol. 457.

S. Gregorii moralium in Iob libri XXXV, cum epistola ad Leandrum episcopum.

251. Membr. in f. saec. XIII, fol. 208, picturis illustratus.

S. Gregorii moralia in Iob, usque ad lib. XVIII, et epistola ad Leandrum. Praeit brevis notitia de Iob; inc. « *Peperit Melca filios Nachor* ».

252. Chart. in 4, saec. XV, fol. 218.

S. Gregorii moralia in Iob, usque ad lib. V, et epistola ad Leandrum.

« Expositio moralium super Iob per XI distincciones » seu « Vita Iob in uulgari » (i. e. lingua germanica); inc. « *Fort. est ut mors* (etc.) *Also stat geschriben in der minnen* » etc. f. 94.

Quaestiones circa fornicationem et concubinatum, scr. a. 1471; inc. « *Venerabili domino obediens seruus obedientiam et seruitutem: diuersis fallaciis concubinarii student amorem inordinate libidinis continuare* » f. 109.

Decreta ex concilio Basiliensi; inc. « *Quomodo diuinum officium in ecclesia est celebrandum* » f. 114. — Sequuntur f. 115 v. alia ex eodem concilio de erroribus Bohemorum.

De virtutibus; inc. « *Ibunt de uirtute in uirtutem* » etc. (ps.) « *Praediciones sanctorum doctorum* » f. 117.

De peccato linguae; inc. « *Inter cetera peccata dicendum est de peccato linguae* » f. 133.

« Capitulum excerptum ex libro ciuitatis Augustae iuxta priuilegia sacrorum imperatorum atque reformationes eorumdem » (partim germanice, partim latine); inc. « *Tenor uero huius capituli in almanico uere nihil addendo uel diminuendo haec uerba in se continet* » f. 139. Inest bulla Martini pp. V (Ad evitanda scandala) edita in concilio Constantiensi.

« S. Gregorii pp. speculum peccatorum » f. 141.

Sententiae theologicae et morales ex Augustino, Isidoro, Gregorio magno, Io. Chrysostomo, aliisque quorum nomina non sunt adscripta; inc. « *Vado mori mors certa nil certius illa* » f. 145 v.

« S. Bernhardi abb. super contemplacionem passionis domini n. I. Chr. super septem horas » f. 154.

Excerpta varia de passione Christi, de virtutibus et vitiis, de sacramentis et de praeceptis divinis atque ecclesiasticis, ex Anselmo, Augustino, Beda, Bonaventura, Gregorio magno, Ioanne Chrysostomo, Isidoro, Paschasio, Urbano pp. V, Zephirino pp. et ex decreto et decretalibus, f. 160. — Insunt: Integer tractatus de forma confessionis; inc. « *Sciendum est confitenti quod si sine penitentia de preteritis* » etc. f. 172: — De usu clavium; inc. « *Quemad-*

modum omnes artes certas habent regulas suas » f. 177: — Gregorii magni homilia in verba evangelii: homo quidam erat dives f. 180 v.: — « Augustini dyalogus inter sanctam animam et beatam uirginem Mariam de passione Domini » f. 182: — « Liber intitulatus stimulus amoris in Iesum Christum saluatorem nostrum »; inc. « *Currite gentes undique et admiramini erga uos charitatem dei* » f. 184.

« Mag. Goltonis doct. s. theol. dicta contra clericos fornicatores » f. 193 v.

« Tractatulus de paciencia » lingua germanica; inc. « *Und oren hab .... end der sol wol losen und eben merken* » f. 195 v,

« Oratio dominica uulgaris » — « Angelica salutatio uulgaris » — « Sinbolum (sic) apostolorum uulgare » f. 204 v. — Expositio decalogi; inc. « *Non adorabis. Du solt nit abgoeter* » f. 205. — « De octo beatitudinibus » f. 207. — « Virtutes theologales tres » — « Virtutes cardinales quatuor » f. 207 v. — « Nouem peccata aliena » — « Peccata in spiritum sanctum » f. 208. Omnia lingua germanica.

« De dedicacione seu consecratione ecclesie »; inc. « *Templum siue ecclesia consecratur quintuplici ratione* » f. 210.

De misericordia dei erga peccatores, sermo (in cod. inscriptus « de dedicacione ecclesie »); inc. « *Venit enim filius hominis querere* (etc.) *Ex uerbis istis tripliciter potest colligere fiduciam anima peccatoris* » f. 211.

« De dedicacione », sermo; inc. « *Facta est letitia magna in populo* (etc.). *Salomon edificauit templum in Hierusalem de marmore candido* » f. 212 v.

« De dedicacione », sermo; inc. « *Sanctificaui domum hanc* (etc.) *Karissimi uerba ista dedit Deus Salomon* » f. 213 v.

Rhythmus de fragilitate humanae vitae; inc. « *Heu heu mundi vita - Quare me delectas ita* » f. 217.

« Alphabetus quod simplex et deuotus uir docuit doctorem theologie » ling. germ.; inc. « *A sullend ir anfahen sein und thun ain kaynes gutes gotliches leben* » f. 218.

253. Membr. in f. saec. XI, fol. 126.

« S. Gregorii papae urbis Romae omeliae in Ezechielem prophetam » (usque ad XI), cum epistola ad Marinum episc. (f. 1 manu s. XV) f. 1.

« Auguria »; inc. « *Apes Ambizant vel bambizant - Aquilae clangunt* » f. 61 v.

S. Gregorii « omeliae in extrema parte Ezechielis prophetae » (usque ad X) f. 63.

« Martini Scottigenae episc. de quatuor uirtutibus, prudentia, fortitudine, temperantia, atque iustitia ad Mironem regem eiusdem prouintiae » f. 123 v.

Adnotationes varia manu s. XIII de nonnullis donationibus factis sancto Nazario lauresheimensi f. 126.

254. Membr. in 4, saec. XII, fol. 153.

S. Gregorii homiliae XXI in Ezechielem proph. Praeeunt capitulorum argumenta cum prologo. Homilia in cod. ultima (in editis, lib. II, 9) mutila.

255. Membr. in 4, saec. XIV, fol. 190.

S. Gregorii in Ezechielem proph. homiliae XXI.

256. Membr. in 4, saec. XIV, fol. *a* 141.

S. Gregorii homiliae in Evangelia per annum.

257. Membr. in f. saec. XI-XII, fol. 256.

« S. Gregorii » homiliae in evangelia per annum, cum indice, f. 1.

Contra Iudaeos negantes filium dei, cum vaticinio metrico Sibyllae de Iesu Christo; inc. « *Vos inquam convenio o iudaei qui usque in hodiernum dien* (sic) *negastis filium dei* », alia manu saec. XII; Sibyllae versus incipiunt « *Iudicii signum tellus sudore madescit* », f. 132.

Lectiones V « in natale domini n. I. Christi »; inc. « *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon* » f. 133.

« Sermo in s. Stephani protomartyris » (natale); inc. « *Fratres karissimi esterna die celebrauimus temporalem regis nostri natalem* » f. 137 v.

« S. Augustini sermo de eodem »: inc. « *Ad aquas tibilitanas episcopo asserente* » etc. f. 139 v.

« S. Hieronymi omelia (sic) » in Matthaei evangelium: In illo tempore dicebat I. Christus (etc.) mitto ad vos prophetas (etc.) f. 142.

Melliti laodiceni episc. « in nat. s. Iohannis evangelistae » (de Leucio qui scripsit actus Io. ev. etc.) f. 144.

« Bede » in Ioannis: Sequere me f. 152 v.

« In natale innocentum », sermo; inc. « *Zelus quo tendat quo prosiliat liuor* » f. 157.

« Bede » in ev. Matthaei: I. i. t. apparuit angelus domini in somniis Ioseph (etc.) f. 158 v.

« In vigilia epiphaniae » in ev. Matthaei: I. i. t. defuncto autem Herode apparuit angelus (etc.), sermo; inc. « *Obitus quippe Herodis* » f. 159 v.

(S. Augustini) « In circumcisione domini »; inc. « *Postquam consumati* (sic) *sunt dies* (etc.) *Quid est autem hoc quod octaua die circumciditur puer* » f. 161.

« S. Augustini sermo » (in Circumcisione); inc. « *Circumciditur itaque puer* » f. 163 v.

« Bede omilia » in ev. Lucae: I. i. t. cum consummati essent dies octo ut circumcideretur puer f. 164.

« In Epiphania domini » lectiones tres; inc. « *Omnes sicientes uenite ad aquas* » f. 167 v.

« Sci. Maximi epi. sermo »; inc. « *Exultandum nobis est fratres karissimi quod uotis nostris uota succedunt* » f. 169 v.

« Sci. Leonis sermo »; inc. « *Celebrato proximo die* » f. 170 v.

« Sci. Maximi (Leonis pp.) sermo »; inc. « *Gaudete in dno. dilectissimi iterum dico gaudete* » f. 171 v.

« Gregorii omilia » in ev. Matthaei: Cum natus esset Iesus in Bethleem f. 173 v.

« S. Maximi sermo in octaua domini »; inc. « *In hac dilectissimi celebritate* » f. 176.

« Bede » in ev. Matthaei: I. i. t. venit Iesus a Galilea in Iordanem f. 178.

« Dominica I post epiphaniam », in ev. Lucae: I. i. t. ibant parentes domini Iesu per omnes annos in Hierusalem, sermo; inc. « *Lectio sci. euangelii que modo lecta est fratres mei infantiam dni. saluatoris annuntiat* » f. 180.

« Dominica II post epiphaniam », in idem ev.: I. i. t. nuptiae factae sunt in Cana, sermo; inc. « *Miracula domini et saluatoris nostri fratres karissimi quandocumque* » etc. f. 185. — Quaternio f. 188-195, incuria bibliopegi, post quaternionem f. 196-203 collocatus.

« Dominica III post epiphaniam », in ev. Matthaei: I. i. t. cum descendisset I. de monte, sermo; inc. « *Magna leprosi huius fides et perfecta confessio* » f. 189 v.

« Dominica IIII post epiphaniam », in ev. Matthaei: I. i. t. ascendente I. in naviculam, sermo; inc. « *Ingrediente dno. in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius* » f. 192 v.

(Bedae) « secundum Matheum »: I. i. t. egressus I. secessit in partes Tyri f. 196.

(Eiusdem) « secundum Lucam »: I. i. t. erat I. eiiciens daemonium et illud erat mutum f. 198.

(Eiusdem) « Dominica IV in quadragesima », in ev. Ioannis: I. i. t. abiit I. trans mare Galileae f. 202.

« S. Iohannis omilia. Dominica in palmis », in ev. Matthaei: I. i. t. cum appropinquasset I. Hierosolymas; inc. « *Puto res ipsa exigit ut queramus* » f. 205 v.

« In cena domini » — « In parasceuen » — « Sabbato »: lectiones praesertim ex psalmis f. 209 v.

« Augustini (Fulgentii) omilia in nat. s. Georgii mr. », in ev. Ioannis: I. i. t. dixit I. disc. suis Ego sum vitis vera; inc. « *Iste locus euangelicus fratres ubi se dicit dns. uitem* » f. 215 v.

« Augustini omilia in nat. apostolorum Philippi et Iacobi », in ev. Ioannis: I. i. t. dixit I. disc. suis Non turbetur cor vestrum; inc. « *Erigenda est nobis fratres ad deum maior intentio* » f. 219.

(« Eiusdem ») in ev. Ioannis: In domo patris mei mansiones multae sunt; inc. « *Deberi uobis frs. kmi. iamque esse reddendum quod distuleramus* » f. 220 v.

« Eiusdem in inuentione s. Crucis », in ev. Iohannis: I. i. t. erat homo ex pharisaeis Nicodemus nomine; inc. « *Ergo iste Nichodemus ex his erant qui crediderant* » f. 221.

(S. Augustini?) « In nat. s. Iohannis Baptiste »; inc. « *Hodie dilectissimi fratres Iohannis qui domini praecurrit aduentum natale colimus* » f. 224.

« Secundum Lucam »: I. i. t. impletum est tempus Elisabeth, sermo; inc. « *Quod si diligenter auertas hoc nusquam inuenies positum nisi in generatione iustorum* » f. 225.

« Bede omilia in nat. sci. Petri », in ev. Marci: I. i. t. venit I. in partes Cesareae f. 227.

« S. Augustini omilia de assumptione sce. Marie », in ev. Lucae: I. i. t. introivit I. in quoddam castellum f. 230.

« Eiusdem omilia in sci. Laurentii », in ev. Ioannis: I. i. t. dixit I. disc. Amen amen dico vobis nisi granum frumenti etc.; inc. « *Dominus noster frs. se ipsum dicebat granum esse mortificandum* » f. 232.

« Remigii omilia in nat. sce. Marie », in ev. Matthaei: Liber generationis; inc. « *Liber est interior cortica corticis quae coheret ligno* » f. 234 v.

« S. Augustini omelia in exaltatione s. Crucis », in ev. Ioannis: I. i. t. dixit I. disc. suis et turbis Iudaeor. Nunc iudicium est mundi; inc. « *Nunc inquit iudicium est mundi. Quid ergo expectandum est in fine saeculi* » f. 238.

« S. Ambrosii omilia » in ev. Lucae: I. i. t. exiit I. et vidit publicanum quemdam; inc. « *Sequitur mistica uocatio publicani quem sequi iubet* » f. 241 v.

« S. Ieronimi (Maximi Taurinensis) omilia in festiu. s. Michaelis », in ev. Matthaei: I. i. t. accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: quis putas maior est; inc. « *Ignorantes adhuc discipuli quanta esset gloria humilitatis* » f. 244.

« Augustini omilia in festiuitate omnium ss. », in idem ev.: Videns Iesus turbas ascendit etc.; inc. « *Cum uidisset turbas multas ascendit in montem* (etc.) *si queritur quid significet mons* » f. 248.

« Sec. Lucam »: I. i. t. egressus I. perambulabat Iericho, sermo; inc. « *In hoc loco manifestat scs. euangelista* » f. 253 v. Finem quaere f. 256 v.

Sermonis cuiusdam postrema pars; des. « *cum etiam mortale hoc induerit immortalitatem.* » f. 254.

(S. Augustini?) « In consecratione ecclesiae »; inc. « *Sicut optime*

nouit sanctitas uestra frs. dilectissimi consecrationem altaris hodie celebramus », fine caret, f. 254.

(Alcuini symbolum fidei) f. 255; finem quaere f. 257.

Sermo fine carens, litteris prorsus evanidis, f. 257 v.

258. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 121.

S. Gregorii homiliae in Evangelia, a XXII ad XL; codex initio et fine mutilus.

259. Membr. in 4, saec. VIII, fol. 96.

S. Gregorii homiliae in Ezechielem; codex initio mutilus, inc. a fine hom. XIII.

260. Membr. in 4, saec. X, fol. 189.

« S. Gregorii dialogorum » libri IV. — Folia 1-7, 182-183, 188 et 189 suppleta manu saec. XIII quae rubricas toto codice adscripsit.

Avicennae versiculi de conservanda sanitate; inc. « *Si uis incolumem si uis te reddere sanum* » — Ad b. Virginem precatio metrica; inc. « *Virgo celesti decorata partu* »; manu saec. XV, f. 189 v.

261. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 116.

« S. Gregorii dialogorum » libri IV. — Praeeunt, f. 1, elogium s. Nicolai et fragmentum litaniarum, manu saec. circ. XI.

262. Membr. in 4, saec. circiter X, suppletus et partim rescriptus saec. XI, fol. 122.

Fragmentum expositionis orationis dominicae; scriptura deleta, f. 1.

« S. Gregorii papae dialogorum » libri IV f. 2.

Vita s. Hieronymi; inc. « *Plerosque nimirum illustrium uiros* (sic) *non ambigo nosse* » f. 116.

263. Membr. in 4, saec. XI vel XII, fol. 107.

« S. Gregorii pape urbis Rome dialogorum » libri IV.

264. Membr. in f. saec. XIII-XIV, fol. *a* 252.

Tabula cod. manu saec. XIV, f. *a* chart.

« S. Gregorii pape urbis Rome dialogorum » libri IV f. 1.

« Eiusd. liber pastoralis » f. 52.

« Aurelii Augustini libri XV de sancta Trinitate que deus est, ad Aurelium cartaginensem epm. » f. 89.

« Boetii liber quomodo s. Trinitas unus deus, ac non tres dii, ad Quintum Aurelium Memmium Symmachum » f. 182.

« Eiusd. ad scm. Iohannem diaconum utrum pater et filius et spiritus sanctus de divinitate substantialiter praedicetur (sic) » f. 184 v.

« Eiusd. ad eundem quomodo substantie in eo quod sint, bone sint, cum non sint substantialia bona » f. 185.

« Eiusd. liber de christiana fide » f. 186.

« Eiusd. adversus Nestorium et Euticen pro persona et natura », ad Ioannem diaconum, f. 187 v.

« B. Augustini enchiridion » f. 192 v.

Eiusd. « LXXXIII quaestiones » de epistola ad Romanos f. 210.

« Eiusd. liber VI musice » f. 239.

265. Membr. in f. saec. XI vel XII, fol. 90.

Tabula capitum libri IV et II dialogorum, manu saec. XV, f. praevio sine numero.

S. Gregorii dialogorum libri IV f. 1. — In calce libri II, f. 34: « Paulini diaconi carmina in honore(m) b. Benedicti abbatis »; inc. « *Ordiar unde tuos sacer o benedicte triumphos* ».

« Ystoria Sansonis »; inc. « *Erat autem uir quidam de saraa et de stirpe dauid, nomine manue* (sic) » f. 87.

266. Membr. in 4, saec. IX, fol. 126.

S. Gregorii epistolae CC. Praeit tabula cum epitome epistolar. CCXXI.

267. Chart. in 4, saec. XV, fol. 182.

« Sci. Gregorii pastoralia » f. 1.

« Dni. Boneventurae (sic) liber meditacionum siue operacionum qui ymago uite eterne nuncupatur » f. 42.

« B. Ysidori episcopi de ecclesiastica institucione et cetera qui intytulatur alias de summo bono », sive « Sentencie » f. 61.

(David de Augusta) « Tractatus de septem profectibus religiosorum »; inc. « *Profectus religiosorum septem distinguuntur processibus* » f. 109.

« Anshelmi Cantuariensis episcopi meditacio super miserere » f. 145.

« Bti. Eusebii epistola ad Damasium (sic) Portuensem episcopum et ad senatorem romanorum de morte gloriosi Ieronimi cardinalis et doctoris eximii » f. 157.

« Bti. Augustini epi. epistola ad btm. Cyrillum Iherosolymitanum epm. de laude s. Ieronimi » f. 173.

« S. Cyrilli ierosolimitani episc. ad btum. Augustinum de miraculis bti. Ieronimi » f. 176.

« Accessus in librum qui dicitur pastoralis beati Gregorii » (i. e. tab. capitum) f. 179 v.

« Registrum in librum de septem profectibus sec. ordinem auctoritatum uel materiarum » (ord. alphab.) f. 182 v.; continuatur f. 181 et 181 v.

« Registrum Isidori de summo bono » f. 179.

268. Membr. in f. scriptus a. 1423, fol. 127.

« Gregorialis de sententiis pars IV (liber) ex melleis opusculis b. Gregorii pp. defloratus ».

269. Membr. in 8, saec. XV, fol. 112.

« Tabula super libros moralium b. Gregorii in Iob secundum alphabetum » f. 1.

« Tytuli et inicia omnium capitulorum moralium b. Gregorii pp. » f. 105.

270. Membr. in 4, saec. X vel XI, fol. 131.

Ioannis diaconi vita s. Gregorii magni.

271. Membr. in f. saec. X, fol. 355.

« Cassiodori senatoris expositiones in psalterio (sic) »; praeit notarum brevis tabula cum explanationibus, f. 1.

« Rescriptio b. Odelrici ep. in qua pape Nicolao de continentia clericorum respondit », manu saec. XII vel XIII; in margine, manu saec. XIV, adnotatio de s. Udalrico episc. augustensi qui obiit a. 973, f. 354.

272. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 112.

« Cassiodori variarum epistolarum » libri V et formularum liber VI f. 1.

Eiusd. « Laurenti (sic) uiro experientissimo (ep.) XXIII » (libri XII), usque ad verba: « *ubertas se optata* (sic) » f. 103; — tum nullo interiecto intervallo, tamquam pars eiusdem textus, scriptor codicis prosequitur in haec verba: « *in conspectu tuo pater sanctissime nostra meret dessolata* (sic) *conditio* » etc. et sic f. 103 v. 104 et parte f. 105; — insunt, f. 77, Friderici II imp. diploma pro Henrico rege Sardiniae donationis totius Lannsariae, Versiliae et Garfagnanae et totius terrae quae Varesium dicitur, dat. Grosseti a. 1245: — Eiusdem diploma legitimationis pro Henrico filio, rege Thurium et Gallurium, datum in castris in episcopatu bononiensi a. 1239: — f. 77 v. excerptum e Gregorii Moralibus. — Sequuntur fragmenta rhetorica varia ex Cassiodorii facile orationibus aliisque scriptis excerpta.

« Eiusd. de anima » f. 105.

273. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 101.

« Septem sapientium sententiae »; inc. « *Bias - Quenam summa boni est mens conscia recti* » f. 1 v.

« Theodorici regis epistole » (i. e. Cassiodorii variarum libri VII) f. 2.

« Retorici (sic) colores »; inc. « *Versificaturo quaedam tibi tradere curo* » f. 98 v.

De Homeri centone et Eudoxia augusta; inc. « *Querit forte quispiam quid sit quod dicitur omeri centone* » f. 100.

Versus de terra et firmamento; inc. « *Cum planetarum cupiam discernere cursum - et foris ad centrum terre percurrere cosmum* ». — De nominibus ventorum; inc. « *Ventus aer commotus, et agitatus, et pro diuersis partibus celi diuersa sortitur nomina* » f. 101.

274. Membr. in 8, saec. XI et XIII, fol. 69.

Cassiodorii liber divinarum lectionum, fine mutilus, f. 1 v.

« Sompnium Scipionis cum expositione Macrobii », manu saec. XIII, fine mut. f. 34.

De lege mosaica non tam mutata a Christo quam perfecta, fragmentum, — De hominum christianorum et mundanorum distantia — « Ex Acol. (sic) concionibus » f. 68-69 chart. manu saec. XVI.

275. Membr. in 8, saec. XII, fol. *a* 187.

Isidori in Vetus Testamentum a Genesi usque ad transmigrationem (i. e. catena sive excerpta praesertim ex Isidoro; nonnulla ex Augustino, Gregorio, Hieronymo, Victore). Praeit, f. *a*, versus in quadrum dispositus: « *Inhesit. Isidorus. bresit. dictando. patent(er)* ».

276. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 65.

« Sci. Isidori explanatiuncula in libros regum » (Esdrae et Machabaeorum) f. 1.

Bedae « Liber questionum in Regum » (libros IV) f. 41.

277. Membr. in 8, f. 1-93 litteris uncialibus saec. VIII et f. 94 seqq. litt. minoribus saec. IX vel X, fol. 114.

(Isidori) « liber pr(oo)emiorum siue prefationum ueteris nouique testamenti » f. 1.

(Eiusd.) « Hortus (sic) uel ouitus sanctorum patruum (sic) qui in scripturarum laudibus efferuntur » f. 23 v.

« Historia chronica quod (sic) etiam pari modo explanauerunt Clemens uel Theophilus et Timotheus dilectissimi dei episcopi chronographi

et dilectus autem dei chronographus Eusebius pamphiliensis »; inc. « *Iam tempus est ut seueritas luculentis rationis optutibus omnibus semetipsam perlustret* » f. 56.

« Sci. Hysidori questiones tam de nouo quam de uetere testamento » f. 82.

« Epistula de suppotatione (sic) dierum »; inc. « *Annus habet dies CCCLXV* » f. 89 — « Item computus » (paschalis); inc. « *Cum omnes apostoli de hac luce migrassent* » f. 90 v.

« Sententia papae Leonis de apocrifae scripturae (sic) » (epist. ad Turribium de Priscillianorum erroribus, cap. XV) f. 92.

Isidori allegoriae Vet. et Novi Testamenti f. 94.

278. Membr. in 12, saec. X, fol. 88.

« Ysidori » de vocatione gentium « quem fecit ad opus Florentiane » f. 1; folia 1-3 laceratione mutila.

« Theodulphi (episc. aurelianensis) de ordine baptismi ad Magnum episc. » f. 64.

Eiusd. capitula XLIV ad clerum aurelianensem f. 79.

279. Membr. in 4, saec. IX, fol. 40.

« Isidori » de vocatione gentium, « ad Florentinam sororem suam ». Fine mutilus.

280. Chart. in 4, saec. XV, fol. 112.

Isidori sententiae, cum tabula ord. alphabetico, scr. a. 1444, f. 1.

Fragmenta de peccato et peccatoribus f. 41 v.

« Bernardi abbatis de corpore Christi » f. 42 v.

Excerpta ex epistolis s. Hieronymi ad Principiam, Demetriadem, « Hylariam (Telanciam) nuptam », Pammachium, Pammachium et Iovinianum filium, Damasum, ad « Principiam » iterum, f. 48 v.

« S. Ieronymi (l. Pelagii) epistola ad Demetriadem uirginem nobilem », scr. a. 1447, f. 47.

« De anima per similitudinem uitri »; inc. « *Anima debet assimilari uitro* » f. 59.

Fragmenta de superbis et humilibus, de bono et beato, et de potentiis rationalibus et irrationalibus f. 60.

« S. Augustini encheridion, quod latine interpretatur manualis, ad Laurencium virum illustrem » f. 73; finem quaere f. 61 et seqq.

« Fr. Iacobi ord. herem. s. Aug. sophologium » ad Michaëlem episc. autissiodorensem, scr. a. 1444, f. 86. Sequuntur fragmenta de bono et eius speciebus et de passionibus humanis.

281. Membr. in f. saec. IX vel X, fol. 308.

Isidori etymologiarum libri XX f. 1; folium 6 suppletum manu saec. XII.

« De sonitu auium » et ferarum; inc. « *Aquilas clangere* » f. 308.

Carmen paene deletum; inc. « *Ut belli sonuere tubae* » f. 308 v.

282. Membr. in 4, saec. XIII vel XIV, fol. 140.

« Ysidori iunioris yspalensis episcopi liber ethymologiarum »; praeit, folio sine numero, tabula.

283. Membr. in 8, saec. XIII vel XIV, fol. 179.

« Ysidori ethimologiarum in libris XXII (sic) mirabiliter elaboratus » f. 2; praeeunt, f. 1, « rubricae » totius operis.

« Alphabetum graecum » — « *Quatuor de causis adoratur s. crux* » etc. (brevis adnotatio manu saec. XV) f. 179.

284. Membr. in f. saec. IX vel X, fol. *a* 77.

« Istam notationem stipendiarum (sic), Domnus B. abbas iussit notari secundum antiquam consuetudinem seniorum praecedentium »; inc. « *Huch comes X libras et duos equos onustos cum uino* » f. *a*.

« Venerabilis Bedae presbyteri in libro Salomonis quod dicitur proverbia », fine mutilus, f. 1

285. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 150.

Bedae presb. de gratia dei contra Iulianum (in Cantica Canticor.) f. 1. — « Liber VI (sic) in cantica canticor. collect. de opusculis b. Gregorii pp. » f. 139 v.

286. Chart. in 4, saec. XV, fol. 280.

« Bedae presbyteri exposicio in epistolas » canonicas Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae f. 1.

« Theoderici expositio super canonicas epistolas » f. 63.

« B. Augustini episcopi yspalensis (sic) omelie (10) in epistolam canonicam primam b. Ioannis apostoli » f. 154.

Nicolai de « Gorram expositio in epistolas canonicas » f. 196.

Epistola « nomine stipendiatorum » universitatis Heidelbergensis, manu saec. XV, sine anno, f. 280.

287. Membr. miscellaneus in 8, saec. IX, XII et XIII, fol. 157.

« Venerabilis Bedae presbyteri (expositio) in actus apostolorum » f. 1.

« Eiusd. liber retractationum » in actus apostolorum, manu saec. XII vel XIII, f. 47; f. 75 suppletum manu saec. XV.

Adnotationes in epistolas canonicas; inc. « *(I)uxta numerum evangelistarum IIII*[or] *cognouimus fuisse auctores canonicarum epistolarum* », manu saec. XIII, fine mutilae, f. 76.

« Commentarium euangeliorum » (S. Theophilo Antiocheno adscriptum); inc. « *Apis fauos de omnigenis floribus operatur* », manu saec. IX, f. 84.

Epistolae canonicae, cum prologo et glossis inter lineas et in marginibus ex Augustino aliisque, quorum nomina non sunt adnotata, manu saec. XII, f. 115.

288. Membr. miscellaneus in 4, saec. XII, XIII et XIV, fol. *a* 302.

Folia 1-61 manu saec. XII:

Brevis tabula codicis, manu recenti, f. *a* v. chart.

« Bede pbri. expositio super Tobiam » f. 1.

« Dni. Rabani Mauri in librum Iudith »; prologus inc. « *Dominae electequae merito magne pietatis ab omnibus uenerande atque amande Iudit Augustae* » f. 8.

« Eiusd. in librum Hester » f. 34 v.

« Glosulae super (s. Hieronymi) prologum Pentateuci » et in aliquos libros Veteris Testamenti; inc. « *Desiderii proprium nomen est* »; inter lineas glossae nonnullae lingua germanica, f. 53.

« B. Pauli apostoli » epistolae, varia manu saec. XI vel XII, f. 62.

Kalendarium (cum necrologio f. 110 v.), initio et fine mutilum (a die 24 Ian. ad 19 Nov.), manu saec. XII vel XIII, f. 109.

Expositio in quartum librum (Sententiarum P. Lombardi) de sacramentis; inc. « *Samaritanus enim* (etc.) *Iste quartus liber in quo determinat magister de sacramentis* »; fine mutila, manu saec. XIV, f. 115.

Folia 158-302 manu saec. XIII:

Versus quinque in tabula quadrata; inc. « *Plasma gerit plasten dum gignit filia patrem* » f. 158 v.

Sacramenta Iudaeorum; inc. « *Primo monendus est et coniurandus pontifex Iudeorum tali modo* etc. », sequitur iuramentum Iudaeorum lingua germanica; inc. « *Ymbe solich güt da mich dirrer man umbe hat beclaget* » f. 158 v.

Collectio canonum in V libros divisa; inc. « *De Constitutionibus Clemens III. Significav.* (etc.) *Praeterea de constitutione a ciuibus facta* » f. 159.

(Ivonis Carnotensis) « Exceptiones ecclesiasticarum regularum partim ex epistolis romanorum pontificum, partim (etc.) », i. e. Decretum, f. 165 v.

Summa Parisiensis, id est Gratiani Decretum in epitomam redactum Parisiis a. 1195, f. 169.

B(ernardi Circa Papiensis exempla de veteri novoque iure sub titulis librorum V Decretalium), praemissa tabula, f. 219.

Regulae iuris; inc. « *Regula est quae rem uti esse debet breuiter enarrat, nam ut ex regula ius sumatur* etc. » f. 287 v.

Ars algorismi; inc. « *Aggredientibus artem algorismi primo videndum est quid sit algorismus* » f. 301.

289. Membr. in 4, saec. IX, fol. 64.

Fragmentum missae « ad introitum » f. 2.

« Albini questiunculae in Geneseos (lib.) », fine mutilae, cum epistola ad Sigulfum presb. f. 2 v. — Praecedunt, f. 1-2 recto, et sequuntur, f. 58, capitularia Caroli Magni.

290. Membr. misc. in 4, saec. IX-X, fol. *a, b* 1-34; 34 *a, b, c* et 35-53.

« Albini liber quem edidit contra heresim Felicis », manu saec. IX vel X.

Confiteor et absolutio, manu saec. X, f. 34 *a* v.

« Sci. Ambrosii epi. liber de Tobia », manu saec. X, f. 34 *b*.

291. Membr. in f. scriptus anno 1425, fol. 274, picturis illustratus.

Rhabani Mauri liber de universo, praemissa tabula capitulorum.

292. Membr. miscellaneus in 8, saec. XII, fol. 222.

« Rhabani expositio » in libros Numerorum, cum prologo ad Frechulfum, f. 1.

« Eiusd. expositio » Machabaeorum, praemissis tabula et prologis ad Ludovicum regem et ad Geroldum archidiac. f. 136 v.

293. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 140.

« Rhabani Mauri explanatio librorum Regum », cum prologo ad Hildwinum abbatem et tabula, f. 2. — Praeeunt, f. 1, de Maria virg. et de Paschae resurrectione hymni, quorum primus inc. « *Sponsa dei uirgo mitis* || *lignum uite irretitis* || *peccatorum nexibus* », alter: « *Zima uetus expurgetur* || *ut sincere celebretur* || *noua resurrectio* », manu saec. XII, et f. 1 v. Rhabani carmen; inc. « *Lex praeclara dei totum quae inluminat orbem.* || *Et patris aeterni prodiit ore pio* », manu saec. IX vel X.

294. Membr. miscellaneus in 4, fol. *a* 136. Folia *a*, 1-77 saec. IX vel X, 78-136 saec. X vel XI.

« Hrabani Mauri expositio in lib. sapientiae », cum epistola ad Otgarium archiep. et tabula, f. 1. — Praeit, f. *a* v. adnotatio grammatica de modis verborum; inc. « *In contexto historiae uel latinitatis primum uerbum indicatiui modi dicimus* ».

Hymnus de b. Virgine; inc. « *Letabundus exultet fidelium chorus alleluia* », manu saec. XII, f. 77 v.

(Canones de episcopis convenientib. ad synodum et poenitentiales), initio mutili; des. « *sed seorsum post ostium ecclesiae stet. ibique dominum orat.* » f. 78.

« Capitula ex canonibus sumpta »; inc. « *Caueat sacerdos ne cum communibus indumentis ad sacras hostias immolandum accedat* » (fine mutila?) f. 94 v.

« Rabani episcopi capitula », (i. e. liber de sacris ordinibus, sacramentis et vestimentis sacerdotalibus), praemissa tabula, f. 101.

« Expositio Athanasii de fide »; inc. « *Quicumque uult* (etc.) *Hic beatus Athanasius liberum arbitrium posuit* » f. 123.

« Expositio super ordinem missae »; inc. « *Primum in ordine missae antiphona ad introitum canitur* » f. 128.

295. Membr. in 8, saec. XII, fol. *a* 82.

Excerpta ex Cantica f. *a*.

« Epla. beati Gregorii pp. ad Regarredum regem », (i. e. Hincmari Remensis epistola ad Carolum Calvum qua mittit epistolam s. Gregorii magni ad Recharedum Wisigotorum regem); sequitur ep. s. Gregorii, f. 1.

« Augustini exhortatio ad comitem carissimum », (i. e. de salutaribus documentis), f. 47.

« Eiusd. tractatus de regula monachorum » f. 69.

« Hieronimi presbiteri » sermones de vitiis linguae, - « De persecutionibus - Unde supra - De obedientia » (imperf.), f. 70 v.

296. Membr. in f. saec. XI, fol. 129.

Hincmari Remensis epistolae ad clerum et populum paroeciae laudunensis f. 1.

« Hincmari Laudunensis epi. titulatio metrica compilationis ad domnum Karolum ficta », — « Hincmari Remensis responsio » metrica, f. 22 v.

Hincmari Rem. adversus Hincmarum Laudun. « capitula » LV f. 25.

Eiusd. adversus eundem tractatus, cum prologo, f. 28.

Acta inter Hincmarum Rem. et Hincmarum Laudun. « coram episcopis decem prouinciarum in Attiniaco uilla regia remensis parrochiae » f. 119.

Hincmari Laud. ad Hincmarum Rem. epistola et responsio huius f. 121 v.

Hincmari Rem. epistola ad Hadrianum pp. f. 124.

297. Chart. in 4, saec. XV, fol. 403.

« Haymo super Apocalypsim » f. 1.

« Nicolai de Lyra postilla super Apocalypsim » f. 145.

« S. Augustini exposicio super Apocalypsim » f. 172.

« Bede presb. in Apocalypsim » f. 187.

« Hugonis cardinalis super Apocalypsim » f. 229.

298. Chart. in 4, saec. XV, fol. 269.

« Domini Heunonis (l. Haimonis) exposicio in apocalypsim sancti Iohannis » f. 1.

Index rerum ordine alphabetico f. 264.

299. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 59.

(Honorii Augustodunensis) « speculum ecclesie », usque ad sermonem in die paschae mutilum, f. 1.

Sermo de nativitate b. Mariae virginis; inc. « *Qualiter maria maris stella hodie ad ortum processit* » f. 59.

300. Membr. miscellaneus in 8, saec. XII, XIII et XIV, fol. 182.

Folia 1-31 manu saec. XII:

« Petri Damiani liber qui appellatur dominus uobiscum » f. 1 v.

« Eiusd. laus uite heremitice » f. 5.

« Eiusd. sermo fratribus heremi » f. 6, — « De uitio lingue » f. 7, — « De spirituali certamine » f. 8 v.

« Eiusd. de horis canonicis »; inc. « *Septem plane sunt principalia uitia* » f. 10.

« Magistri Hugonis parisiensis de quinque septenis » f. 11.

« Quot modis dyabolus humilitatem inpugnat »; inc. « *Duobus modis dyabolus nobis humilitatem oppugnat* » f. 12 v.

« De duabus piscinis misticis et fullone »; inc. « *Contemplantis anima Ierusalem dicitur* » f. 13.

« Quomodo seipsum iudicet quis uel alium »; inc. « *Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi* » f. 13 v.

« Contra Iudeos de beata Virgine »; inc. « *Ecce uirgo concipiet* (etc.) *Scio Iudeos solere opponere* » f. 14.

« Quid uere diligendum sit »; inc. « *Vita cordis amor est* » f. 14.

« De quinque statibus mutabilitatis humane »; inc. « *Quinque status habet uita humana* » f. 14 v.

« Quid Egyptus qui (sic) desertum qui (sic) terra promissionis »; inc. « *Tria sunt loca. Egiptus. Desertum. Terra promissionis* » f. 14 v.

« Sermo quid et qualiter sit petendum »; inc. « *Petite et dabitur uobis* (etc.) *Salomon dicit. Creditor et pauper obiurauerunt sibi utriusque* » f. 15.

« Sermo de penitentia »; inc. « *Reuertere reuertere Sunamites* (etc.) *Licet hec uox sit ecclesie ad sinagogam* » f. 15 v.

« Sermo ad claustrales »; inc. « *Homo quidam peregre proficiscens* (etc.) *Cum nichil habeam(us) quod non acceperimus* » f. 17 v.

Sermo de penitentia; inc. « *Si multis annis uixerit homo et in his omnibus letus fuerit* » f. 19.

« Petri Damiani epistola de fine mundi » f. 20 v.

Exempla vitiorum et virtutum; inc. « *Rex Angliae* (membrana exsecta, primi versus reliqua perierunt) . . . *euersurus illa pulcra facie sunt* » f. 22.

Preces ad s. Petrum, ad s. Ioannem evangelistam, ad angelum custodem, ad Iesum Christum et ad b. Virginem, f. 22 v.

Glossa in aliquot versiculos Apocalypsis, manu saec. XIII; inc. « *Beatus qui legit et qui audit uerba prophetiae huius. Glosa. Illi soli beati qui audiunt* (etc.) » f. 23 v.

Breves glossae in Isaiam, sententiae et exempla moralia, f. 24.

Carmen de Vetere et Novo Testamento; inc. « *In numeris numeres leuitas arma ferentes* » f. 25. — Carmen in librum Iosue; inc. « *In Chanan populus traducit post cananeis* » f. 25 v.

Augustini sententiae de peccato originali et de ignorantia invincibili f. 25 v.

Glossa in Symbolum apostolorum; inc. « *Credo in Deum* » f. 26.

« De Penitencia », de sacramentis, et quaestiones aliae theologicae et morales; inc. « *Penitentia est arbor cuius radix est contricio* » f. 26.

Versiculi de aetate mundi f. 29 v.

Fragmentum de peccatis f. 30.

« Odonis parisiensis episcopi prohibitiones et praecepta in synodo data sacerdotibus obseruanda » f. 30 v.

(Innocentii III papae) sermones X, manu saec. XIII, f. 32.

Folia 52-94 manu saec. XII:

« Bedae presbyteri expositio allegorica in prophetam Ezram » f. 52.

« Petri Damiani » liber qui appellatur gratissimus de non reordinandis iis qui a simoniacis ordinati fuerant f. 65.

Decreta excerpta ex epistolis s. Gregorii Magni f. 77.

« Ieronimi ad doceanum (sic) de uita clericorum » f. 78. — « Eiusd. » de clericis sub regimine episcopali et acephalis f. 78 v. — Excerptum ex « s. Augustino » de iniuste excommunicato f. 78 v.

« Massa compoti » metrice; inc. « *(A)ureus in iano numerus clauesque nouantur* », cum prologo qui inc. « *Licet modo in fine temporum plures constet haberi codices qui de arte calculatoria uideantur posse sufficere* », et glossa, f. 79.

(S. Hieronymi) « translatio sancti Antonii abbatis » f. 95. — A f. 95 ad f. 112 membranae sunt palimpsestae. Recentior scriptura saec. XIV. Antiquior, saec. IX vel X, videtur exhibere lectionarii vel passionarii fragmenta; folio 96 v. expliciunt acta s. Luciae.

« Compotus ecclesiasticus »; manu saec. XIV; inc. « *Auctoritate Augustini freti in domo dei quatuor dicimus* » etc. f. 113.

« Exposicio compoti manualis », manu saec. XIV; inc. « *Sapiencia edificauit sibi domum* (etc.) *Istud prouerbium salomonis* » f. 135.

Kalendarium, cum adnotationibus historicis; manu saec. XIII-XIV, f. 144.

« Algorismus siue ars numerandi », manu saec. XIII vel XIV; (inest « Compotus », cum prologo, fere idem qui f. 79); inc. « *Omnia que a primeua rerum origine processerunt* » f. 150.

Kalendarium f. 166, — Tabulae solares et lunares f. 172; manu saec. XII.

301. Membr. in f. saec. XV, fol. 94.

« Sci. Bernardi abbatis clareuallensis epistolae » f. 1. — Tabula f. 94.

302. Membr. in 8, saec. XV, fol. 86.

« Beati Bernardi abbatis » opera, sequentibus praemissis titulis:

I. « Liber de gratia et libero arbitrio domino Gulielmo a(bbati) sancti Theoderici » f. 1.

II. « De diligendo deo » f. 12.

III. « Liber ad milites templi de laude noue milicie » f. 22.

IV. « Liber de precepto et dispensatione » f. 29 v.

V. « Liber apologeticus (in monachos cluniacenses) ad abbatem Gulielmum » f. 42 v.

VI. « De consideratione ad Eugenium papam (III) » f. 51.

VII. « De XII gradibus humilitatis » f. 76.

303. Chart. insertis nonnullis foliis membranaceis, in 8, saec. XIV, fol. 118.

Oratio; inc. « *Deus qui per culpe reatum offenderis* » f. 1 v.

S. Bernardi expositio psalmi: Qui habitat etc. f. 2; finem quaere f. 103.

Expositio salutationis angelicae; inc. « *Aue Maria gracia plena bene plena quia Deo et angelis et hominibus grata* » f. 22 v.

« Magistri Hugonis excerptum de archa Noe pro archa sapientiae cum archa matris ecclesiae et archa matris graciae », scr. a. 1371, f. 23 v.

« B. Bernhardi de diligendo deum » f. 55 v.

« Bernardi liber de amore dei »; inc. « *Venite ascendamus ad montem domini et ad domum Dei Iacob* » (in margine, manu fere coaeva, adnotatur non esse s. Bernardi) f. 66 v.

« Bernardi de uita clericorum » f. 84.

« Hugonis de uirtute orandi » f. 113.

304. Membr. in 4, saec. XII, fol. 143; picturis illustratus.

S. Bernardi clarevallensis sermones. — Initio codicis imagines s. Stephani protomartyris, s. Michaelis archangeli et s. Bernardi librum offerentis, calamo depictae.

305. Membr. in 8, saec. XV, fol. 124.

« Beati Bernardi sermones (XXXV) de diuersis ». — Tabula in duobus foliis praeviis nullo numero signatis.

306. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 219.

Brevis tabula codicis f. *a*.

« Beati Bernhardi abbatis sermones super Cantica » f. 1. — « Tytuli sermonum », i. e. tabula, f. 113 v.

« Beati Leonis pape sermones de passione domini » f. 114.

« Dni. Arnoldi Abbatis Bonevallensis libellus de verbis domini in cruce positi » f. 123 v.

« Eiusd. libellus in laudibus sancte dei genitricis et semper virginis Marie » f. 133.

« Dni. Richardi expositio in canone (sic) missae » f. 134 v.

S. Bernardi opera quae sequuntur:

I. « Omeli(a)e (quatuor) in laudibus virginis Marie » f. 138 v.

II. « Liber de gratia et libero arbitrio » f. 148.

III. « Liber (de consideratione) ad Eugenium papam (III) » f. 156.

IV. « Ad milites templi (de laude novae militiae) » f. 178.

V. « Libellus de pr(a)ecepto et dispensacione » f. 184.

VI. « Libellus de diligendo deo » f. 194.

VII. « Liber apologeticus (in monachos cluniacenses) » f. 202.

VIII. « De gradibus humilitatis » f. 208.

307. Membr. in 4, saec. XIV vel XV, fol. 112.

« S. Anselmi » Cantuariensis opera, sequentibus praemissis titulis:

I. « Responsio pro insipiente » f. 1.

II. « De gram(m)atico » f. 2.

III. « De casu dyaboli » f. 17.

IV. « Liber de azimo et fermentato » f. 18 v.

V. « De sacrificio corporis Christi » f. 20 v.

VI. « De corpore C(h)risti » f. 22.

VII. « Liber de ueritate » f. 30.

VIII. « Liber de processione Spiritus Sancti » f. 35 v.

IX. « Liber de libero arbitrio » f. 45 v.

X. « Cur deus homo », libri duo, f. 50.

XI. « De concordia presciencie predestinacionis et gracie dei cum libero arbitrio » f. 69.

XII. « Liber de conceptu uirginali » f. 78 v.

XIII. « Epistola ad Urbanum papam de incarnacion e uerbi vel fide christiana » f. 85 v.

XIV. Monologium f. 92.
XV. Proslogium f. 107.
XVI. Meditationes duae f. 110 v.

308. Chart. insertis nonnullis foliis membranaceis, in 4, saec. XV, fol. 181.

« Registrum librorum huius uoluminis » f. 1 v.

« Anshelmi archiepiscopi Cantuariensis cur deus homo » f. 2.

« C(h)risostomi liber de compunctione cordis » f. 21.

« Eiusd. de reparacione lapsi per duos libros » f. 33.

« Sci. Bernhardi Contemplacio de passione domini nostri Ihesu Christi » f. 45 v.

« Eiusd. stimulus amoris » f. 48 v.

« Eiusd. tractatus de quatuor gradibus spiritualis exercicii » f. 52 v.

« Eiusd. oratio intytulata carthusia ex collacione IX litterarum primarum » f. 54 v.

« Fr. David (de Augusta) formula nouiciorum » f. 56.

(Eiusd.) « de reformacione hominis interioris », (et: De septem profectibus religiosorum) libri II f. 63.

« Beati Bernhardi tractatulus de honestate uite » f. 137.

« Rychardi (a sancto Victore) tractatus de quatuor gradibus uiolente caritatis » f. 138.

« B. Bernhardi oraciones ad quinque uulnera » f. 144 v. — « Eiusd. gratiarum actiones » f. 145.

Orationes ante et post communionem dicendae f. 145 v.

« Alani maxim(a)e » theologicae; inc. « *Omnis scientia nititur regulis* » f. 146.

« Beati Augustini liber de contemptu mundi ad clericos » f. 165.

« Eiusd. epistole consolatorie (duae) de uisitatione infirmorum » f. 166 v.

« Eiusd. de beato latrone » f. 171 v.

« Eiusd. de XII abusionibus seculi » f. 173 v.

« Beati Prosperi sententie » f. 178.

309. Membr. in 4, saec. XIV, fol. *a* 100.

Tabula codicis f. *a*.

« S. Anselmi » Cantuariensis opera:

I. « Cur deus homo » f. 1. — In calce carmen rhythmicum de eodem argumento; inc. « *Rex in monte datur, grex eius ne moriatur* ».

II. « Monologium » f. 10.

III. « Proslogion » f. 18.

« Tractatus super Pater Noster » (titulus manu saec. XVI, eadem quae nomen adscripsit: « Weinhaim »); inc. « *Pater noster. Huic dominice orationi beatus gregorius premittit prologum in officio misse dicens* » etc. f. 1.

De electis et damnatis; inc. « *Nota quod XII exercitus habet Deus in celo et cuiuslibet exercitus est magna multitudo* » f. 16.

« Tractatus (alius) super Pater Noster »; inc. « *Pater noster qui es* (etc.) *Unum* (?) *vos debetis scire quod inter omnia opera que possunt fieri* » etc. f. 19.

Sermones: I. « Sancte Crucis », II. « In die Ascensionis », III. « De Spiritu Sancto in die Pentecostis », IV. « De passione domini »; primus inc. « *Benedictum est lignum* (etc.) *Sap. XIIII. Dicit Gregorius super 1° uerbo Iob. 14. lignum habet spem* » f. 124.

« Nota de militibus »; inc. « *Nota condiciones militum. Miles super equum omnibus armis decoratum* » f. 132.

Excerpta ex historia regum Iudaeorum; inc. « *Nota dum rex Ioab qui singulis annis soluebat tributum regi Israel* » f. 135.

« Tractatus de auibus », ord. alphabetico; inc. « *Avis que secundum ysidorum dicitur ab aqua* » f. 136.

457. Membr. in 8, saec. XIII vel XIV, fol. 184.

« Fratris Guillelmi prioris Lugdunensis Sermones » f. 1. — Sequuntur, f. 177, sermones duo anonymi; prior inc. « *In cruce nowi claustralis IIII^or brachia debent esse* »; alter: « *Renouabitur ut aquila iuuentus tua. P. Electus comparabitur aquilae* ».

« De Angelis »; inc. « *Angelis suis mandauit de te* (etc.) *ps. Custodem suum* » etc. f. 179.

Officium festi corporis Christi, imperfectum; cum notis musicis, f. 180.

458. Chart. miscellaneus in 8, saec. XV, fol. 338.

Sermones de adventu domini, de consecratione ecclesiae, de b. Virgine etc. quorum primus inc. « *Verbum caro factum est. Scribitur originaliter Iohannis primo capitulo et in hodierne festiuitatis celeberrime* » etc. f. 1.

Collationes (i. e. sermones) de sanctis; inc. « *Maria est* (etc.) *beatus Bernhardus alloquens de laudibus sacratissime uirginis* » f. 73.

« Remedia generalia contra negligentias missarum »; inc. « *Si per negligenciam in missa sacerdoti euenerit quod* » etc. f. 102.

« Subsequens opus Bonaventura episcopus cardinalis dicitur compilasse, in quo informat et ammonet quosdam sacerdotes minus caute (etc.) celebrantes (etc.) » (synopsis); inc. « *Intencionis discussio* » f. 107.

« Fratris Gregorii sermo collectus et pronuncciatus (sic) in introitu capituli anno domini m° cccc° liiii° dominica infra octauam assumptionis uirginis gloriose Nurinberge celebrati in quo quidem capitulo in lectorem sacre theologie erat confirmatus » f. 108.

« Fratris Iohannis Piscatoris ordinis fratrum beate Marie de Carmelo sermo compositus et pronuncciatus (sic) ad almam uniuersitatem studii Wien. in vigilia natalis virginis Marie anno etc. primo lectoratus » f. 114.

« Fr. Gregorii » sermo in capite Quadragesimae f. 127 v.

Sermones quatuor in dominica I^a^, II^a^ et III^a^ in Quadragesima et in dom. Palmarum (?). Postremus imperfectus. Primus inc. « *Cum ieiunasset XL^a^ diebus* (etc.) *Mt. 4 Mr. 1. Luce 4. Xpus. ieiunauit nobis in doctrinam et exemplum* » f. 141.

« Copia litterarum destinatarum per fratrem Iohannem de Capistrano ad omnes Barones nobiles et famosos Bohemiae qui Prage debent conuenire pro quadam eorum dieta celebranda secunda feria post octavam pasche », « anno 1452 » f. 159.

« Tulii noua ars rethorice (sic) », (i. e. Rhetoricorum ad Herennium); inc. « *Etsi negociis familiaribus impediti* » f. 167.

« Francisci Philelfi oratio de laudibus domini principis Philippi Marie (Visconti) angli habita apud senatum mediolanensem », « Mediolani (a.) m° cccc° xlvi » f. 241.

« Eiusd. ad viros papienses oratio congratulatoria de creacione Iacobi Borromei Vitaliani comitis filii ad dignitatem et gradum episcopalem » (habita) « Papie in templo domini Syri (a.) 1446° » f. 250.

« Fr. Ludowici de Wlphagen. » sermo habitus « anno 1433 » f. 258.

Sermones septem, varii argumenti, quorum ultimus imperfectus; primus inc. « *Reuerendi magistri gimpnasiorum flosculis limpidius purpurati* » f. 266.

(Tractatus ad fratres et sorores in religione); inc. « *(A)mice accomoda mihi tres panes* (etc.) *Luc. XI° Karissimi* (sic) *in domino nostro Ihu. X° deo dicate sorores Ecce quam bonum quam iocundum habitare fratres in unum* » f. 282.

459. Chart. in 8, saec. XV, fol. 147.

Sermones de sanctis; primus inc. « *Precinxisti me uirtute ad bellum Ps. Mos est nobilium quando filios suos uolunt militari* (sic) », scr. anno 1470, (folium primum repetitum) f. 1.

Argumenta in singulos libros Sacrae Scripturae, carmine hexametro; inc. « *Astra polum iuncta terra genisis patres dat* » f. 60.

« Conclusiones super quatuor libros Sententiarum (Petri Lombardi) », versu rhythmico; inc. « *Per caritatis ardorem arduum sumpsit laborem || Aduersus heresim bellum hunc compegit libellum* » f. 79.

« Registrum tocius byblie cum omnibus capitulis suis » f. 103.

« Apparencia contraria Sacre Scripture et soluciones eorum »; inc. « *Ego non iudico quemquam - Omne iudicium dedit filio. Solucio* » etc. f. 141.

460. Membr. in 8, saec. XIV, fol. *a* 96.

Adnotatio de orationibus sanctorum; — « Exemplum »; inc. « *Quidam miles habens uxorem pulcerrimam* (sic) *et deo deuotam* » f. *a*. — « Exemplum » aliud; inc. « *Nota quod quidam frater laycus* » f. 1. Omnia addita varia manu.

« Ungari » sermones de tempore, de sanctis, ad religiosos etc. praemissa tabula imperfecta, f. 1.

Versiculi de Christo salvatore: « *Quos anguis dirus tristi mulcedine pauit || hos sanguis mirus christi dulcedine lauit* » f. 96. — Sequuntur alii versus de genealogia consanguineorum Christi; inc. « *Anna solet dici tres concepisse marias.* », et — Excerpta ex ss. Anselmo et Bernardo f. 96.

461. Chart. in 8, saec. XV, fol. 292.

Sermones de tempore et de sanctis. Primus « in diebus rogationis »; inc. « *Petite et accipietis. Io. XVI. Quicumque habet aliquid agere in curia principis* » f. 1.

« Pauli summa de penitentia » f. 251 v. — In fine, brevis adnotatio inscripta: « de destinacione dei »; inc. « *Si multitudo iudeorum et gentilium et falsi Xpiani. dampnabuntur* ».

« De confessione »; inc. « *Primo doceat qualiter debeat se habere confessor ad confitentem* » f. 267 v. Continuatur f. 261 seqq. et f. 268 seqq.

« Prophetia Sibille conscripta per Ioachim prophetam »; inc. « *Gallorum leuitas germanis* (sic) *iustificabit* » f. 276 v.

« Nomina Christi »; inc. « *Alma tamen summi sunt plurima nomina Christi* » f. 277.

« Que sunt uitanda tempore interdicti »; inc. « *Primo missarum celebratio in palam* » f. 277.

Argumenta librorum Veteris et Novi Testamenti, lingua germanica; inc. « *Genesis das püch* » f. 277 v.

« Ioseph nota », (i. e. somnium Iosephi), lingua germanica; inc. « *Hie hebent sich an* » f. 278.

Sermo de dominica oratione; inc. « *Pater noster. Lucas XI. Per totum circulum anni predicacioni sacre scripture* » f. 278. — Sequuntur,

f. 280 v. adnotationes variae de rebus theologicis et moralibus: « Nota quod 4^or^ sunt nuncii apud deum qui impetrant gratiam », — « Daniel uidit quatuor animalia », — De iusto iudicio Karoli regis, — De visione reginae Sabae, — « De peccatore », — « De uerbo dei », — « De iuuentute hominis », — « Ad gulosos », — « Domini iudicia », — « Ad iudices », — « De penitentia », — « Auaricia », etc.

Tabula sermonum et tractatuum de penitentia et confessione f. 292.

462. Chart. in 8, saec. XV, fol. 233.

Sermones de tempore et de sanctis, a XXVIII° ad LXXXV^m^; inc. a sermone de Spiritu Sancto: « *Expedit vobis ut ego vadam* (etc.) *Ioh. XVI°. Iuxta inscripta verba sciendum quod Xpus. in die cene discipulis dulcissimum fecit sermonem* ». — Sequitur, f. 232, « Registrum » sermonum a I^o^ ad LXXXV^m^.

463. Chart. miscellaneus in 8, saec. XV, fol. 156.

Argumenta theologica, moralia et iuris canonici, ordine alphabetico; inc. « *Abissus* » f. 1.

Lexicon biblicum « contine(ns vocabula) rara byblie », scr. a. 1420; inc. « *A. littera prima inter omnes litteras* » f. 62.

Vocabulorum quorumdam latinorum interpretatio, metrice et lingua germanica; inc. « *Est feodus leengut est depactacio gedinge* » f. 73 v.

« Mag. Petri de Anglia questiones per totam quadragesimam » f. 74.

« Sermo de Assumptione beate virginis »; inc. « *Exaltata sum Ecc. XIIII et legebatur hodie in capella* » f. 109. — Sequitur adnotatio brevis: « *Quare herbe colligantur et benedicantur in festo assumptionis* ».

Sermo de annuntiatione b. Virginis, fine mutilus; inc. « *Describitur nobis modus dominice incarnacionis* » f. 116.

« Sermo de resurrectione domini », imperfectus; inc. « *Pascha notandum* (?) *quod immolatus est Xpus.* » f. 121.

Sermo de dedicatione ecclesiae; inc. « *Hodie salus domui huic facta est. Lucas. Sicut domus secularium edificatur propter salutem corporis* » f. 123.

Propositionum partitiones logicae f. 123 v.

Brevis adnotatio de quaestionibus quae fieri solent de anno, de mense et de die f. 130 v.

Exempla epistolarum; inc. « *Reuerendo ac diligendo patri suo ... scolaris studens in tali loco cum debita reuerentia obedientiam filialem. Cum ad supplementum defectuum quos suffert* » etc. f. 131.

Tractatus astronomicus, cum glossis; inc. « *Cognicio veritatis de pausis temporum circa motum solis et lune orbium et aliorum planetarum* » f. 135.

Vita s. Iodoci; inc. « *Eximius Xpi. confessor Iodocus de illustri procedens genealogia* » f. 149.

Vita s. « Otyliae »; inc. « *Temporibus henrici imperatoris dux adelricus* » f. 152.

Vita s. « Athalae »; inc. « *Beata virgo athala cuius natale hodie celebramus* » f. 153.

« De sancto Euchario »; inc. « *(I)gitur postquam beatus petrus apostolus anthyocenam ecclesiam* » f. 153 v.

« De sancta Anastasia »; inc. « *(A)nastasia nobilissima romanorum filia pretaxtati* (sic) » f. 155 v.

464. Chart. in 8, saec. XV, fol. 117.

Iacobi de Voragine quadragesimale; initio carens f. 1. — Sequuntur « Notabilia », id est adnotationes de argumentis sermonum; inc. « *Qui ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes* »; fine mutilae.

465. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 205.

« Peregrini (Poloni) sermones de tempore » et de sanctis.

466. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 191.

« Fr. Iohannis de sancto Geminiano ordinis fratrum praedicatorum sermones quadragesimales de epistolis et prophetiis ». — Sequitur, f. 186, tabula rerum ord. alphabetico.

467. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 265.

Sermones de tempore et de sanctis; inc. « *Dominica prima Aduentus - Veniat dilectus meus in ortum suum. Quoniam ut ait ambrosius nescit tarda molimina spiritus sancti gratia* » f. 1.

Sermo de s. Ioanne Baptista, alia manu; inc. « *Singulariter apostolis et apostolicis viris dictum est luceat lux vestra coram hominibus* » f. 262 v.

468. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 156.

Sermones varii, quorum primus inc. « *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo* (etc.) *Ecce ego do verba mea in ore tuo* (etc.) *verba ultimo proposita sunt verba domini* » f. 1.

Pictura exhibens fornacem et vasa ad liquores stillandos f. 41.

Sermones varii alii, quorum primus inc. « *In medio Ecclesie* (etc.) *Ecc. Ubi docet predicantem* » etc. f. 42.

Sermones de beata Virgine; fine carent; inc. « *Sapientia laudabit animam C. totum hoc capitulum potest exponi de beata uirgine* » f. 98.

469. Chart. insertis nonnullis foliis membr. in 12, saec. XV, fol. 47.

« Fr. Ioannis de Capistrano Passio domini nostri Ihesu Cristi edita et predicata in Zvratisiania (sic) anno domini m cccc liii ».

470. Membr. in 12, saec. XII vel XIII, fol. 119.

Sermones de tempore et de sanctis; primus: « In natiuitate domini » inc. « *Quia hodie fatigati estis de longioris officii insolentia* » f. 1 v. — Praeeunt, f. 1, fragmentum de eod. facile arg. et adnotatio, manu saec. XIII vel XIV, de incarnatione domini. — Inserta est, f. 62 v. particula de ieiunio XII dierum; inc. « *Bnd. Ego clemens romanus pontifex parabo viam eternam. Inueni in canonibus apostolorum hoc est quod dixit dns. ad beatum Petrum de istis XII diebus* ».

« Sermones de defunctis »; fine carent; inc. « *Beati mortui qui in domino moriuntur. Inmatura* (sic) *ut infantium* » etc. f. 103.

Fragmentum litaniae sanctorum f. 119.

471. Chart. miscellaneus, in 12, saec. XV, fol. 74.

SS. Gregorii magni, Maximi taurinensis, Augustini et Bedae homiliae in Evangelia de tempore, versibus rhythmicis in compendium reductae; prima inc. « *Dominica prima secundum lucam omelia gregorii - Quidam diues erat cuius tomus exstat abyssus* || *Illius seruat hic uestis purpura byssus* » f. 2. — Sequitur, f. 34, carmen de fine mundi, versibus leoninis; inc. « *In serie rerum sunt hec terquinque dierum* || *signa uidenda scienda cauenda docenda* ».

Parabola evangelica de debitoribus, versibus rhythmicis et hexametris, deleta; inc. « *Protinus intulit haec attentius expetiit dit* (sic) || *Incipit ergo deus aures adhibet phariseus* » f. 35 v.

Achillis Statii Achilleidos, imperfecta, f. 36.

Exempla virtutum; inc. « *(P)uella quedam uenerabilis nomine margareta prudens ac speciosa nimis nata de sancto audemaro qui est uicus in Flandria* » f. 60.

« Memoriale regule sancti Benedicti », versibus hexametris. Praeit « canon » huius carminis « ad memoranda mente capitula regule sancti Benedicti », « Leonardo abbati » dicatus, ut ex prima singulorum versuum littera patet; inc. « *Lege metri memoranda dedi. quae regula claudit* » f. 71.

472. Membr. in 16, saec. XIV, fol. 383.

« Fr. Iacobi de Voragine sermones quadragesimales » f. 1. — Sequuntur, f. 381, tabulae paschales ab anno 1323 ad a. 1400.

473. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 239.

Tabula lectionum ex Veteri et Novo Testamento in diebus festis per annum f. 1. — Inest, f. 6 v. brevis tractatus cui titulus (ex initio): « In circuitu pergit spiritus et in circulos ss. revertitur ».

Similitudines sacrae de rebus asceticis et moralibus; inc. « *De ambulacione spirituali. - Sicut in corporali ambulacione ita in spirituali, oportet* » etc. f. 13 v.

Sermones de tempore et de sanctis; primus: « Dominica prima in aduentu domini »; inc. « *Nunc propior est nostra salus quam cum credidimus, nox praecessit, dies autem appropinquauit. Secundum beatum Augustinum tunc magnus uenit medicus* » f. 33. — Praeeunt adnotationes de eodem argumento, et sequuntur, f. 237, tabulae sermonum.

474. Chart. in 8, saec. XV, fol. *a* 77.

Tabula codicis f. *a*.

« De misterio Xpi. concordando Novum et Vetus Testamentum, ponendo primo auctoritates Veteris Testamenti, secundo concordancias ex Nouo Testamento », ad Ludovicum comitem palatinum, sacri romani imperii electorem et Bavariae ducem, f. 1.

« Iohannis de Francfordia rectoris studii » (heidelbergensis) epistola ad (Ludovicum?) « principem illustrissimum » de pecuniis quas dominus de Thynsberg accepit a studentibus f. 32ª-32ᵇ.

« Eiusd. » sermones III: « De natiuitate Marie, — De annunciatione virginis, — De angelis », ad Ludovicum comitem palatinum, « in vulgari lingua facti et in latinum translati », a. 1424, f. 33.

« Quoddam excerptum de Talmut Iudeorum », imperfectum; inc. « *Talamut est doctrina et dividitur in 4ᵒʳ libros quorum quilibet appellatur Cozer in genere ut nos omnes vocamus bibliam* » f. 76.

475. Chart. in 8, saec. XV, fol. 267.

« M. H(enrici) de Oyta collacio bona de aduentu domini », (i. e. sermones duo), f. 1.

Sermo de adventu domini; inc. « *Ecce saluator tuus uenit ysaye 62. Sancti Spiritus impetranda gratia* » f. 12 v.

Sermo de sacramento eucharistiae; inc. « *Parasti* (etc.) *ps. 22ᵒ. Mensa ista quam in conspectu nostro paratam esse* » etc. f. 35 v.

« Collacio bona de resurrectione »; inc. « *Xpus. surrexit* (etc.) *Paulus Ro. 6. 22. Quamuis de gloria dominice resurrectionis* » etc. f. 52 v.

« Sermo » de paupertate evangelica; inc. « *Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te fratres dilectissimi in domino ihesu regulariter congregati* » f. 59.

« Prophecia bona (sermo) de religiosis domini »; inc. « *Quia interrogasti me Karissime et plures hesitare narrasti* » f. 77.

Expositio capituli duodecimi ev. Lucae « incepta a. M°. CCCC°. XIX°. »; inc. « *(M)ultis autem turbis circumstantibus ita ut se inuicem conculcarent* (etc.) *Sicud dictum est in precedentibus pars 2 huius euangelii que incipit* » etc. f. 81.

Sermones duo « de natiuitate domini », priori adscriptus est a. 1410; inc. « *In sudore uultus tui uesceris pane tuo in labore sudores erunpere* (sic) *faciente commendes panem* (sic) » f. 250.

476. Chart. miscellaneus in 4, saec. XV, fol. 92.

« Glossa in sermonem Christi ante passionem » (titulus manu saec. XVII); inc. « *Et factum est* (etc.) *lucas. Appropinquabat dies festus azimorum qui dicitur pascha* » f. 1.

Sermo de dilectione dei (imperfectus); inc. « *In finem dilexit . . . nichil dereliquit que eum qui ualde amat decens est facere* » f. 15.

« Magistri MATHEI glosa super concordantias » (de passione domini); inc. « *Egressus ihc.* (etc.) *Transgreditur torrentem post sermonem almificum* » f. 19.

« Sancti BERNHARDI planctus de passione » domini f. 42.

« Eiusd. exhortatio ad matutinas » - « ad sextam » - « ad nonam » - « ad uesperos », cum oratione « bona ad completorium » f. 44.

« HUGONIS liber de morum honestate » f. 46 v.

« Beati Bernhardi liber qui dicitur formula honeste uite » f. 49 v.

« Eiusd. libellus de templo spirituali « f. 54.

« Hugonis liber de bono conscientie » f. 57 v.

« Liber de tribus tabernaculis »; inc. « *Tria sunt sub omnipotentis dei manu h(ab)itacula summum ymum et medium* » f. 58 v.

« Beati AUGUSTINI liber de contemplacione Xpi. » f. 60.

« B. Bernhardi oracio intytulata karthusia », i. e. acrostichon vocabuli « Karthusia » per litteras initiales novem orationum, f. 63.

« B. Augustini » orationes duae, quarum prima ad « sanctam trinitatem » f. 64.

« B. Bernhardi oratio » ad s. Trinitatem f. 64 v.

« Eiusd. oratio intytulata planctus crucifixi » f. 65.

« Oratio bona de beata virgine »; inc. « *Domina mea sancta Maria perpetua virgo virginum* » f. 65 v.

« S. Augustini oracio de passione domini » f. 66.

« Oratio ad quinque vulnera »; inc. « *Ad vulnus dextre manus primum. Gloria sacro vulneri* » f. 67. — Sequuntur gratiarum actiones de passione Domini.

Sermo de domo dei; inc. « *Quid est quod dilectus meus in domo mea*

facit scelera multa Ie. XI. Venerabilis hugo primo de archa noe sic dicit. domus dei totus est mundus » f. 68.

« Innocencii pape oracio de passione domini » f. 72.

« Anshelmi (Cantuariensis) episcopi et doctoris liber intytulatus de mensuracione crucis » f. 72.

Sermo in epistolas s. Pauli, imperfectus; inc. « *Epla. ad hebreos Paulus cap°. IX. Xpus. autem assistens pontifex futurorum bonorum* (etc.) *Si uolumus seruare legem novi testamenti* » f. 76.

« F. de Cresco decretorum et arcium doctoris abbatis Habundancie » epistolae quinque theologicae scriptae annis 1453-1458 f. 81.

477. Membr. in f. saec. XV, fol. 281.

« Lectiones in officiis matutinalibus de sanctis per circulum anni legende », ex vitis sanctorum et homiliis Augustini, Bedae, Gregorii pp., Hieronymi, Leonis pp. ad usum ecclesiae Wormatiensis.

478. Membr. in f. saec. XV, fol. 164.

« Liber pars estivalis de tempore secundum chorum wormaciensem », i. e. lectiones ex Vet. et N. Testamento et ex homiliis Augustini, Bedae, Gregorii pp., Hieronymi.

479. Chart. in 8, saec. XV, fol. *a-b* 76.

Excerptum breve ex s. Augustino f. *a* (membranaceo).

Fragmentum missalis cum notis musicis, manu saec. XII vel XIII, f. *b* (membr.).

« Rationale Diuinorum » (officiorum), (titulus manu saec. XVII); inc. « *Cum uniuersa que in officio diuino cantanda et legenda sunt in libris ad idem officium pertinentibus locis congruentibus sufficienter exprimantur idcirco* » etc. f. 1.

480. Chart. insertis foliis aliquot membr. in 4, saec. XV, fol. 307.

« Wilhelmi (Durandi) mimacen. (sic) episcopi Rationale diuinorum officiorum » f. 9; praeit tabula.

481. Membr. in f. saec. XIV vel XV, fol. 256.

« Mag. Guillermi (sic) Duranti Rationale diuinorum officiorum ».

482. Membr. miscellaneus in 8, saec. XI, XII, XIII et XIV, fol. *a* 191.

Tabula codicis, manu saec. XVII ineuntis, f. *a*.

F. 1-42 varia manu saec. XII:

(De officio missae); inc. « *Pbr. cum se parat . ad missam iuxta romanum ordinem et consuetudinem . decantat psalmos.* » (pars haec plenior in cod. seq.) f. 1; des. « *cum populo inclinatur pro ultima benedictione* ». — « Micrologus de dominicis obseruationibus »; inc. « *Ab aduentu dni. usque ad natiuitatem eius: te deum laudamus* » etc. f. 6.

« De diuersis sententiis », i. e. sententiae ex Anselmo, Augustino, Beda, Hieronymo; inc. « *Dubitari solet an is qui per symoniacam heresim beneficia ecclesiae possidet postea mali ingressus atque usus penitens beneficia illa male habita in bonum usum retinere possit* » f. 13 v.

« Scs. Columbanus fecit hos characteres »; praemittuntur ipsa elementa, f. 15 v.

« Sentencie de sacramento » (Eucharistiae), ex Ambrosio, Augustino, Basilio, Eusebio « emissen(o) », Hilario, Petro apost. ad Clementem; inc. « *Augustinus contra Faustum. Panis et calix* » f. 15 v. — De excellentia animae; inc. « *Anima sub̄ est semper uiuens . semper in motu . inuisibilis incorporalis .* » f. 16 v. — Excerptum ex s. « August(ino) de inhonesta familiaritate » f. 17. — « Quid in oriente actum sit ad corroborandam fidem catholicam non silebo » etc. f. 17 v. — « Bedae de sudario dni. a sca. Maria contextum (sic) »; fine caret, f. 17 v.

« Sci. Ambrosii liber de sacramentis », i. e. de mysteriis libri VII, f. 18.

Excerpta ex « s. Ambrosio in expositione super Lucam » f. 39 v.

S. Augustini epistola ad Bonifacium coepiscopum; inc. « *Bonefacio* (etc.) *Queris a me* » f. 40.

F. 43-66 varia manu saec. XI vel XII:

« Lanfranci . uiri religiosi . longobardi . primi . abbatis . cathmensis . (sic) scriptum . quod . per inspirationem . Sci. Sps. rogatu . Theodorici . discipuli sui . paterbrunnensis . canonici . et communi . aecclesiae (sic) . utilitate . inductus . contra Beringeri (sic) . andegavensis . bis . periuri . hereticam . prauitatem . edidit » f. 43.

« Theodorici . paterbrunnensis . canonici de oratione dominica . scriptum . quod ob memoriam et honorem . Immadi . uenerabilis epi. instinctu reverendi sacerdotis . Reinboldi per gratiam sci. sps. edidit . » f. 61.

De Rictiovaro Maximiani imp. praefecto, quod Treveris multos occiderit inter quos Thyrsum et Palmasium (sic) legionis Thebeae duces; inc. « *Rictiouarus maximiani imperatoris praefectus legionem thebeam iussu ipsius circumquaque persecutus* » f. 63 v.

Hymnus in honorem sanctae Brigidae virginis; inc. « *Xps. in nostra insula quae uocatur hibernia ostensus est hominibus maximis mirabilibus* » f. 65.

Responsoria in honorem ss. Valerii, M. Magdalenae et Cornelii centurionis, cum neumis; inc. « *A progenie in progeniem fecit misericordiam dominus qui eduxit habraham de ur chaldeorum* » f. 65 v.

Adnotationes de incendiis Paterbrunnensibus annis 1000 et 1058, de translatione et depositione reliquiarum a. 1068, et de pecunia expensa pro « aureo scrinio sci. Liborii (etc.) » f. 66 v.

F. 67 v.-147 varia manu saec. XIII:

« Eckeberti pbri. », « sconaugiensis cenobii monachi », « liber contra Kataros » f. 67 v.

Preces « de V. uulneribus Xpi. »; inc. « *(D)eus qui in assumpta humanitatis substancia patibulo crucis alligatus* » f. 138 v.

« Anno domini M. CCC. XVII. in chathedra (sic) sancti Petri audita sunt in nocte Tonitrua (etc.) », manu saec. XIV, — Adnotatio necrologica, manu saec. XIII, f. 138 v.

« Lotharii dyaconi scor. Sergii et Bachi (sic) qui postea Innocencius pp. III. appellatus est liber de miseria humane condicionis » f. 139.

S. Bernardi clarevallensis abbatis epistola ad Eugenium (III), fine mutila; inc. « *Amantissimo patri* (etc.) *Auditum est in terra nostra* » f. 147 v.

« Magistri Heinrici de Hassia epistola contra impugnatores sancti patris Bernhardi Abbatis et generaliter contra detractores sanctorum doctorum », « ad clarificationem virginalis integritatis et puritatis matris domini gloriose », manu saec. XIV, f. 148.

F. 170 et seqq. manu saec. XII vel XIII:

« Bede pbri. expositio in actis apostolorum », ultima pagina tantum, eademque deleta, f. 170.

« Sermo de LXX^ma^ »; inc. « *Legitur in ecclesiastica hystoria quod nabuchodonosor rex babilonie bellica manu ierlm. inuaserit* » f. 170 v. — « De tribus diebus ante Pascha »; inc. « *Noscat uestra caritas quod in diebus sollemnibus quantum possumus altaria ornamus* » f. 172. — « De Letania maiore vel minore »; inc. « *Letania grece latine dicitur rogatio* » f. 173. — « De Mysterio Pentecostes »; inc. « *Pentecostes grece . latine dicitur quinquagesima dies* » f. 174. — « De ieiunio IIII^or^ temporum »; inc. « *In quatuor temporibus solemus ieiunare pro ordinandis* » f. 174 v. — « De Natiuitate dni. et de tribus missis eiusdem diei »; inc. « *Vigilie quae a pastoribus in sacra nocte natalis dni. custodiebantur* » f. 174 v. — « De die sanctorum Innocentium »; inc. « *In die innocentium ideo* (?) *te deum laudamus* » f. 175 v. — « De Octaua domini »; inc. « *Octaua dni. in qua carne circumcisus est dns. ideo reuerenter celebratur* » f. 175 v. — « De epiphania domini »; inc. « *Sollemnitas vero sacratissima quae grece teophania siue epiphania nuncupatur* » f. 175 v. — « De purificatione sancte Marie »; inc. « *Ypapanti graece latine dicitur obuiatio siue apparitio dni. in templo* » f. 176. — « De Alleluia et gloria in excelsis »; inc. « *Duo ymni ab angelis in nouo testamento inueniuntur decantati* » f. 176.

« Sancti Cypriani martyris liber de duodecim abusivis seculi » f. 177.

« Ordo regum », i. e. regum et imperatorum nomina a Karolo Pipini filio ad Fridericum I, f. 186.

Carmen de moribus monachorum; inc. « *Largitur nulla regnum celeste cuculla || Hec sunt et plura bonitatis sola figura* » f. 186 v.

« Qualiter Arrius Alexandri episcopi diuino iudicio dampnatus sit »; inc. « *Igitur dum post concilium hierosolimitanum arrius uenisset in egyptum* » f. 186 v.

Excerptum ex Bedae gestis Anglorum, de s. Gregorio magno, fine mutilum, f. 188.

483. Membr. in 8, saec. XII, fol. 72.

« Micrologus de ecclesiasticis obseruationibus - imprimis de sacrificio missae »; inc. « *Prespiter* (sic) *cum se parat ad missam iuxta romanam consuetudinem decantat psalmos* » f. 1. (Pars haec plenior quam in cod. 482, post enim verba: « *inclinatur cum populo pro ultima benedictione* » f. 14 v. sequuntur capita alia, quorum primum: « *Descriptio canonis romanam auctoritatem* » sic). — « Alter de ecclesiasticis obseruationibus »; inc. « *Ab aduentu domini usque ad natiuitatem eius* » f. 25. — Addita est in calce « Clementis pp. epistula » de baptismate f. 44. — Sequuntur, f. 44 v. Quaestiones liturgicae; « *Quare septuagesima celebratur* ».

Solutiones contradictionum quae videntur esse in epistolis Pauli; inc. « *Paulus seruus ihu. Xpi. In sco. euangelio secundum iohannem. Non dico uos seruos sed amicos* »; fine mutilae, f. 59 v.

484. Membr. in 4, saec. XV, fol. 57.

Rituale benedictionum in purificatione b. Virginis, die cinerum, hebdomada maiori, herbarum, in Assumptione b. Virg. et campanarum.

485. Membr. in 8, saec. IX, fol. 113.

Fragmentum continens « Missa(m) pro semetipso », et lectiones ex evangeliis Matthaei, Lucae et Marci, et ex epistolis s. Pauli ad Romanos et ad Galatas, f. 1.

« Confessio cuiuslibet sapientis »; inc. « *Quando uolueris confessionem facere peccatorum tuorum uiriliter age* » f. 2. — « Confessio omnium peccatorum », lingua germanica; inc. « *Ih gihu alamahtigen fater* » f. 2 v.

« Cursus lunae per duodecim signa », tabula, f. 4. — Declaratio eiusdem tabulae; inc. « *Si scire uis ubi sit luna quando sol in capricornu et in kl. ian. moratur* » f. 4 v.

« Ciclus lunaris undeuiginti annorum per kl. »; — Declaratio tabulae; inc. « *Primo decennouenalis anno* » f. 5.

« Ciclus solaris uiginti octo annorum per Kalendaru (sic) »; — Declaratio tabulae; inc. « *Qui uidelicet regulares* » f. 5 v.

Kalendarium cum necrologio f. 6.

Tabulae ad « terminum inueniendum » quadragesimae, paschae, rogationum, pentecostis etc. f. 12.

« Dies aegyptiaci. - Signa in quibus aegrotus an periclitare aut evadere non potest »; inc. « *Luna . I . qui ceciderit in infirmitatem difficile euadit* »; — « Tempora pro sanitate corporis quae obseruari debeant »; inc. « *Mens. mar. bibat dulce* » f. 13 v.

Litterae graecae cum interpretatione alphabetica et numerica f. 14.

Clavis cryptographica; inc. « *Si amicum inter insidiatores positum ut caute se agat ammonere desideras* » f. 14 v.

« Missa in galli cantu » f. 14 v. — Item « in natale sanctorum »; — « In natale Sigismundi » f. 15.

« Ad sanguinem minuendum »; inc. « *Luna . I . bona est. Secunda non est* » f. 15 v.

Interpretationes hebraicorum nominum ex s. Hieronymo, et graecarum vocum; inc. « *Beatissimus Hieronymus hebreorum nominum interpretationem primus in latinam linguam conuertit* » f. 16.

Oratio ad Deum; inc. « *Deus omnipotens miserere supplici tuo qui non sum sicut innumeri serui tui* » f. 17 v.

Expositio missae; inc. « *Primum in ordine misse antiphona ad introitum canitur* » f. 17 v.

« Item expositio » (missae), (titulus manu saec. XV); inc. « *Dominus uobiscum. Salutat sacerdos populum et orat ut dominus sit cum illo* » f. 27 v.

« Expositio de competenti », i. e. de ritibus baptismatis et confirmationis; inc. « *Sacris sacerdotibus et in Xpi. omnibus per diocesim nostram digne militantibus ill. humilis eps. in dno. salutem* f. 36 v.

« Isidori de ecclesia »; inc. « *Interrogatio . Ecclesia cuius lingua est et quid interpretatur . Resp. grecum est et interpretatur conuocatio . eo quod omnes ad se uocet* » f. 44 v. — « Item de ecclesiae ministerio »; inc. « *Ecclesiam licet ponere in alium locum si necesse sit . et non debet iterum sanctificare* » f. 45.

« De baptismi officio ac misticis sensibus eorumque auctoribus nominatim designatis . et de ordine uenientium ad fidem eiusdem q. misterii »; inc. « *Primus gradus est caticuminorum . nam caticuminus grece latine dicitur auditor* » f. 45 v.

« Pauca ex eruditionum uoluminibus excerpta. Incipiunt de catholica ecclesia et eius ministris et de baptismatis officio »; inc. « *Ecclesiam grecum est quod in latinum uertitur conuocatio propter quod omnes ad se uocet* » f. 46 v.

Benedictio cerei in Sabbato sancto f. 48.

« Ex authentico libro sacramentorum s. Gregorii pp. urbis Romae »; inc. « *Oratio ad catecuminum faciendum* » f. 49.

« Praefatio sancti concilii (Niceni) »; inc. « *Concilium sacrum uenerandi culmina iuris || condidit et nobis congrua frena dedit* », — « Constitutio et fides niceni concilii subditis capitulis suis numero uiginti »; inc. « *Facta est autem haec synodus apud nichaeam* (sic) *bithiniae* » etc. f. 64.

« Canones apostolorum »; inc. « *Episcopus a duobus uel a tribus episcopis ordinetur* ». In margine adscriptum est, manu saec. IX vel X: « Ecclesiasticae regulae scor. aplor. prolate per Clementem ecclesiae romanae pontificem quae ex grecis exemplaribus in ordine primo ponuntur quibus quamplurimi quidem consensum non praebuere facile et tamen praeterea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse uidentur » f. 68.

« Domni Egberti archiepiscopi liber penitentialis sumptus de canonibus patrum catholicorum ad remedium animarum », (capita XIV; capiti ultimo praefixum est: « edidit sanctus Bonifacius »), praeposita tabula XIII capp. priorum; inc. « *Institutio illa sancta quae fiebat in diebus patrum nostrorum* » f. 73; cap. XIV inc. « *Quomodo possumus paenitentiam . VII . an. in uno anno paenitere* » f. 79 v.

Orationes « contra fulgora », et « super uasa in loco antiquo reperta » f. 80 v.

Theodulphi aurelianensis episcopi capitulare ad presbyteros parochiae suae f. 80 v.

« Predicatio »; inc. « *Audite frs. et adtentius cogitetis quid in baptismo renuntiastis. Abrenuntiastis enim diabulo et omnibus operibus eius* » f. 91.

« Capitula » XXXVII; primum inc. « *Sicut sca. sinodus nicena interdicit. Nullus umquam prbr. in domo sua habitare secum permittat mulierem extraneam* » f. 92.

« Item alia capitula (XVIII) sacerdotibus »; inc. « *De ordine baptisterii qualiter unusquisque prbr. scit (ve)l intellegit . uel qualiter primo infans caticuminus efficitur* » f. 95 v.

(Egberti?) canones XII « de remediis peccatorum »; inc. « *In nomine triplo simplo - De remediis peccatorum paucissima haec quae secuntur ex priorum monumentis excerpsimus* » f. 96 v.

« Bedae admonitio »; inc. « *Si quis uoluerit diuino amore . ammonit . cum lacrimis deo confiteri peccata sua* » f. 101.

« De medicinae salutaris (sic) animarum », capp. XII; cum praef. quae inc. « *De remediis uulnerum secundum priorum patrum diffinitiones dicturi* » f. 101 v.; fine legitur « finitus est hic liber scriptus a Comminiano ». — In marginibus f. 101 v. et 102 antiphonae cum neumis, manu saec. circ. XI; item f. 106 v.

« Theodori » (de Tharsus archiep. Cantuar.) « libell(us) » quem « diversis interrogantibus ad remoedium temperauit poenitentiae », capp. XVI,

cum praef. quae inc. « *Discipulus umbrensium uniuersis anglorum catholicis* » f. 107 v.

486. Chart. in 4, saec. XV, fol. 364.

« Magistri Iohannis Wenk de Heremberg sacre theologie professoris memoriale diuinorum officiorum tam de tempore quam de sanctis ad profectum canonicorum editum », scr. annis 1445 et 1446, f. 1.

(Ioannis) « Balestarii » sermones de tempore et de dedicatione ecclesiae f. 206.

(Eiusdem?) de passione Domini, imperfectus; inc. « *Et cum dixisset ihesus egressus est* (etc.) - *Postquam saluator noster in capitulis precedentibus ante eius passionem praeparauit suos discipulos* » f. 238.

487. Membr. in 8, saec. IX, fol. 45.

« Ordo ecclesiastici ministerii romanae ecclesiae vel qualiter missa caelebratur »; inc. « *Primum omnium observandum est septem esse regiones ecclaesiastici ordinis urbis romae* » f. 1.

« Ordo scrutinii ad electos qualiter debeat celebrare (sic) denuntiatio scrutinii quod tertia ebdomada in quadraginsima (sic) secunda feria initiatur »; inc. « *Scrutinium dilectissimi fras.* (i. e. *fratres*) *quo electi nostri divinitus instruantur imminere cognoscite* » f. 9 v.

« De officiis in noctibus a caena dni. usque in Pascha »; inc. « *Igitur a dominica quam sedis* (sic) *apostolica mediana uoluit nuncupari usum obseruantiae credimus intimandum* » f. 15 v. des. « *data oratione et finitur* ».

« Ordo quomodo in sancta romana ecclesia acholitus ordinantur (sic) »; inc. « *Dum missa caelebrata fuerit induunt clericum illum planetam et orarium* » f. 22.

« Quomodo episcopus ordinatur »; inc. « *Dum a ciuitate et loco episcopus fuerit defunctus a populo ciuitatis eligitur alius* » f. 22 v.

« Albini diaconi abbatis cognomento Alchuini fides », fine carens, f. 24.

Ordo idem qui supra f. 15 v. sed a priore varians, f. 25; des. « *Non cantent . offertorium nec agnus dei nec communionem* » f. 30 v. sequuntur, alia manu, haec verba: « *et interrogauimus nihilominus domnum apostolicum adrianum* (etc.) *qui nobis dixit hora sexta hoc fieri oportere* ».

Fragmentum de numeris temporalibus, cum neumis; inc. « *Unde crescunt numeri temporales a momento in minutum de minuto in punctum de puncto in horam* » etc. f. 31.

Carmina varia, quorum initia sunt: *Musa senectutis istic cantatur amarae* » f. 31 v. — « *Fortia quid subito dissoluis membra senectus* » f. 31 v. — « *Virgo columba sua florem mihi protulit aluo* », — « *Ecce*

bonum quam praeclarum quamque iucundum || est pariter fratres habitare et degere in unum » f. 32, — « *Gratificas ihu. laudes tibi semper agamus || ob tua dona quibus redemisti sanguine mundum* » (distichon in marginibus) f. 31 v. et 32, — « *Tu quicumque cupis iuuenis hunc scire libellum || quo calamos poteris uocis inflare sonoros || disce tonos primum romano forte magistro* » (breve carmen cui titulus: « in antifr. », i. e. in antiphonario,) f. 32 v. — « *An ego rauce sonum uideor tibi strepere carmen* » f. 33, — « *Pastor o qui Xpi. oues per amena pascua* » f. 33, — « *Carmina Vergilii sunt bucolica arua ducesque* » f. 33 v. — Asclepiadii, Asmeni, Basilii, Euforbi, Eustedii (sic), Hilasii, Iuliani, Maximiani, Ovidii, Palladii, Pompeiani, « Vergilii », Vitalis, Vomani, sententiae metricae et epigrammata, praesertim de Virgilio Marone (nomina auctorum in marginibus adscripta), f. 33 v.

De praesagiis ex siderum ortu; inc. « *Nouo et insolito siderum ortu infausta quaedam uel tristitia* (sic) *potius quam laeta uel prospera miseris uentura significari mortalibus pene omnis ueterum aestimauit auctoritas* » f. 40.

De anni mensibus carmen; inc. « *Dira patet iani romanus ianua bellis* » f. 41.

« Ovidii Nasonis » argumenta XII librorum Aeneidos Virgilii, metrice; prologus inc. « *Ouidius Naso Publio Virgilio suo salutem - Virgilius magno quantum concessit homero || tantum ego uirgilio naso poeta meo* » f. 42, — « Duodecim librorum capitula » inc. « *Aeneas primo libyae compellitur undis* » f. 44 v.

« Aug. Caesaris epigramma quod Aeneidos Vergilii cremare uetuit »; inc. « *Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis || tam dirum mandare nefas ergo ibit ad ignes* » f. 45.

488. Membr. in 8, saec. XV, fol. 69.

« Agenda bona secundum ordinem moguntinum », (i. e. Rituale ecclesiae moguntinae), cum notis musicis; inc. « *Incipit exorcismus salis et aque. - In dominica die* » etc. — Foliis 16 v.-17 Oratio dominica, Symbolum apostolorum et confessio peccatorum, lingua germanica. — In calce cod. alia manu hymnus in honorem b. Virginis; inc. « *Maria virgo virginum, maria placa tuum filium* ».

489. Membr. in 12, saec. X, fol. 34.

Codex liturgicus, cum neumis, fine mutilus, cui praescriptus est titulus, manu saec. XVI: « Quondam diuinus ordo »:

Litania sanctorum metrica; inscribitur: « In Letania maiore »; inc. « *Votis supplicibus uocis* (sic) *super astra feremus* » f. 1.

« Letania in penitentia Hiers. (l. Hierusalem) » (item litania metrica); inc. « *Humili prece et sincera deuotione te clamantes Xpe. exaudi nos* » f. 6.

Hymnus in honorem s. Pauli ap. fine mutilus; inc. « *Sce. Paule pastor bone* » f. 7v. — Inter f. 8 et f. 9 chartae aliquot perierunt.

Preces liturgicae variae; initio carent, f. 9.

« III id. Mai dedicatio basilice sce. Marie » (preces in die dedicationis s. M. ad Martyres); inc. « *Ant(iphona). Terribilis est locus iste* » f. 10.

Preces « de omnibus sanctis », fine mutilae; inc. « *Pater misericordiarum . et ds. totius consolationis per merita et intercessiones omnium sanctorum* » f. 15. — Inter f. 16 et f. 17 aliquot folia desiderantur.

Hymnus de b. Paulo apost. initio mutilus; des. « *Sce. Paule praesul magne nobis opem fer diuinam et perhenne gaudium in secula. Amen.* » f. 17.

« Versus de sco. Mauritio » (hymnus in s. Mauritium); inc. « *Dulce carmen ac melodem canimus* » f. 18.

Oratio ad Salvatorem mundi; inc. « *Salvator mundi salva nos homines* » f. 20.

« Antiphane (sic) in processionibus canente » (l. canendae), fine mutilae; inc. « *Surgite sancti de mansionibus uestris* » f. 20. — Inter f. 24 et f. 25 folia aliquot desunt.

Officium liturgicum de dedicatione ecclesiae, ad matutinum et laudes, initio et fine mutilum, f. 25.

490. Membr. in 12, saec. XIV vel XV, fol. 42.

Preces liturgicae:

« Benedictio salis et aquae » f. 1. — Benedictio cerei (in festo Purificationis b. Mariae virg.) f. 3. — Benedictio cinerum » f. 6v. — Benedictio cerei in nocte Paschatis f. 9v.

Ordo baptismatis et benedictio fontis (in Paschate) f. 11.

« Maior litania unius diei a b. Gregorio pro importunitate bellatorum. Minor uero trium dierum a b. Mamerto ob incursione (sic) malarum bestiarum; pro collectione frugum; pro expulsione calamitatum inuente », « In Sabbato sancto Pentecostes » f. 22v.

« Benedictio ensis ad faciendum militem in die Pentecostes » f. 22v. — « Benedictio herbarum in Assumptione s. Mariae virginis f. 23v. — Benedictio « super primitias » f. 24. — « Benedictio iter agentium » f. 24v. — Benedictio domus f. 26.

Septem psalmi poenitentiales f. 26.

Litania sanctorum f. 31v.

Preces pro infirmis et pro extrema unctione f. 32v.

« Postquam mortuus fuerit (infirmus) hic ordo dicatur » f. 36v.

*491. Deerat iam anno 1798. In vetere « *Inventario* » Pal. Vat. describitur his verbis: *Matthaei episc. Wormaciensis tractatus de modo consecrandi et communicandi. inc.* « Multorum tam clericorum ». — *Antiquus ex pergam. in 8, chart. scr. 40.*

492. Chart. in 8, saec. XV, fol. 223.

« Domini ALBERTI DE FERRARIIS iuris utriusque doctoris Archipresbyteri placentini tractatus de horis canonicis seu diuino cultu », « Compilatus Anno domini M CCC XXXVIII in concilio Basiliensi et collectus per me Eb. etc. (sic) Anno domini M CCCC LXV » f. 1.

« IOHANNIS, scriptoris Imperialis, artis noue epistolarum libri quatuor » f. 20. Sequuntur, f. 44 v. exempla epistolarum. Opus imperfectum.

EBERHARDI, praepositi laurissensis, praemonstratensis ordinis, moguntinae dioc. epistola de collatione beneficiorum quorumdam f. 48 v.

Eiusd. et fr. ALBERTI « VRHAN » ad dominum « Reynhandum » epistola de electione Hanmanni, data a. (14)68, f. 49 v.

Eiusd. Eberhardi epistola ad dominum N. praepositum s. Victoris extra muros moguntinos, qua praesentat fr. Nicolaum de Oberhem (?), canonicum ecclesiae laurissensis, ut recipiat collationem ecclesiae s. Felicitatis martyris, data a. 1467, f. 50.

Eiusd. ad dom. Adolphum archiep. moguntin. epistola de visitatione ecclesiae monasteriensis, ordinis praemonstrat. in dioecesi moguntina, a. 1469, f. 50.

Acta visitationis aliarum ecclesiarum eiusdem ordinis, moguntinae dioeceseos, a. 1469, f. 51 v.

« BALTHASARIS RASMI legum doctoris » epistolae scriptae eius nomine et nomine decurionum civitatis et doctorum universitatis ticinensis f. 55 (ad Fr. Sfortiam et ad consilium ducale mediol. cum respons. eiusd. consilii f. 55; Ad N. de N. et Eberhardum lauriss. praep. f. 59, 59 v. 61; Ad romanum imperatorem f. 63, 70 v.; Ad Ioannem de Vicomercato f. 65 v.; Ad summum pontif. f. 66, 70 v.; reliquae sine titulis).

M. TULLII CICERONIS epp. ad « Lentulum », « Curionem », « Celium », « Salustium », « Thermium », « Marcellum », « Marcum », « Anthonium », « Lelium », etc. et mutuae Ciceronis et Sulpicii f. 73.

Eberhardi, praep. lauriss. testimonium de visitatione ecclesiae Monasterii, praemonstratensis ordinis, peracta a. 1469, f. 105 v.

« RUGLERII (sic) DE COMITE, iuuenis nondum annorum quindecim, oracio in laudibus sapientissimi viri domini Iohannis Castellanei (Castiglione) reu. Papie episcopi ac cardinalis » f. 107.

Eiusd. ad Barnabam s. Victoris abbatem epistola f. 110.

Eiusd. oratio in comitiis rectoratus (facile ticinensis); inc. « *Non sum ausus ante hac* » f. 110.

Eiusd. epistola gratulatoria ad card. Castellaneum, Papiae episcopum creatum, f. 116 v.

« Marii Philelfi oratio in laudem cuiusdam rectoris », imperfecta; inc. « *Si magnitudinem auctoritatis uestre* » f. 117.

Eiusd. epitaphium metricum Bernardi marchionis badensis f. 120.

« Ieronymi monachi ciuis florentini epistola facta in funere cuiusdam ciuis mutinensis amicis suis transmissam (sic). Praestantissimo equiti domino . I . Lau. etc. »; inc. « *Vix superioribus tuis mutinensibus* » f. 121.

Aeneae Silvii epist. ad Nicolaum V, « ex noua ciuitate Austrie », VII kal. Octobr. a. 14(48), f. 126.

« Leonelli Esthensis (sic) acta ad Sigismundum Ces. Aug. IIII idus septembr. in Fontis porticu dum Ferariam Roma diuertisset » f. 130.

Guarini Veronensis epistolae ad anonymos duae; prior inc. « *Hodie festum egi diem* » f. 131 v.

Eiusd. epp. tres ad Manuelem Chrysoloram, Baptistam (Zendratam) et Thomam « Fauensem », f. 133.

Eiusd. gratulatio ad Nicolaum marchionem estensem f. 135 v. — Oratio habita Ferrariae, XIV k. Maii a. 1430, f. 140 v. — Oratio ad « Nicolaum Maripetrum » venetum f. 141 v.

Eiusd. epp. ad « Zenonem de Octhobellis », « Phil(elphum?) » duae, « Lodwicum de Mercantis », Baptistam « de Cendratis », Thomam « Fauensem » et « Iohannem Nicol. Salernum », f. 143.

Eiusd. oratio ad Iacobum, in morte matris eius Theodorae, f. 150 v.

Eiusd. epp. ad « Phil(elphum?) », Hermolaum Barbarum (duae), « Bartholomeum Brenzonarium », Ioannem Chrysoloram, « Ludowicum », et « Lu(dovicum?) de Firmo » f. 161.

Eiusd. oratio; inc. « *Inter acerbissimas calamitates meas luctuosamque fortunam* » f. 169 v.

Eiusd. « oratio pro matrimonio nobilis Katherine de Pelegrinis » f. 170 v.

Eiusd. epp. ad Baptistam Zendratam (sex), « Hugonem Mazolatam » et Leonardum Iustinianum venetum, f. 172 v.

Leonardi Iustiniani epistola ad Guarinum f. 176 v.

Francisci Barbari epp. ad Guarinum duae f. 176 v.

Guarini epp. quindecim ad Baptistam Zendratam f. 177 v.

Friderici Cornelii ad Leon. Iustinianum epistola f. 188 v.

Francisci Barbari ad Guarinum epist. f. 199.

Guarini epist. ad (Flavium) Blondum f. 200.

Baptistae « Bivilacqua (sic) » ad Guarinum epist. f. 200 v.

Guarini epp. ad Ottobellum de Ottobellis, Bapt. Zendratam (tres), « Iacobum », « Martinum », « Egedium (sic) » f. 201 v.

Homeri Iliadis lib. I^{us}, versus in latinos hexametros, f. 206.

493. Membr. in 4, fol. 106, litteris uncialibus saec. VIII, et litt. minusculis saec. VIII vel IX. Ordo foliorum turbatus est ita: f. 1-18: 34-43: 19-33: 44 et seqq.

Folia 1-99 litteris uncialibus:

Missa in hon. s. Germani episc. f. 1. — « Pref. ad uirginem benedicendum » f. 8 v. — « Collecta eiusdem » f. 9 v. — « Pref. uidualis » f. 10. — « Benediccio uidualis » (initium tantum) f. 10 v. — Quaedam desiderantur inter f. 10 et 11.

Missa acephala f. 11.

« Expositio Sumboli » (apostolorum); inc. « *F. dil. uirtus est sacramenti inluminatio* » f. 14. — Sequitur Symbolum fine carens f. 16. — Post f. 18 folia aliquot desiderantur.

Ordo pro catechesi, initio mutilus, f. 19.

« Exposicio uel tradicio Symboli » (apostolorum); inc. « *Sermo et sacramentum totius symboli fr. dlmi. fides est Xpiani. hominis et uita* » f. 20 v. — Inest, f. 22, Symbolum apostolorum.

« Expositio evangeliorum in aurium aperitiones ad electos »; inc. « *Aperturi vobis filii kmi. euangelia. Id est gaudia diuina* » etc. f. 27.

« Praemissiones ad scrutamen »; inc. « *Te domine depraecamur* (sic) *et poscimus ut hos famulos tuos firmiter stabilire digneris* » f. 29 v.

« Praefatio orationis dominicae »; inc. « *Dns. et salvator noster discipulis suis petentibus quemadmodum orare deberent* » etc. f. 30 v.

« Missa in simboli tradit. »; inc. « *In geminas partes diem hunc excolendum complectitur dni. ni. seruitutis famulatio* » f. 33 v. — Initium tantum, chartis aliquot avulsis inter f. 33 et 34.

« Prefatio ad uesperum natalis dni. »; inc. « *Ds. qui omnium mirabilium et uirtutum pius es effector.* » etc. f. 34.

« Missa de aduentu dni. nostri . Ihu. Xpi. »; inc. « *Excita potentiam tuam dne. et ueni* » f. 36.

« Item missa de adventu dni. nostri Ihu. Christi »; inc. « *Excita quaesomus* (sic) *dne. corda nostra ad praeparandas unigeniti tui uias* » f. 38.

« Orationes ad initium noctis natalis dni. »; inc. « *Di. patris omnipotentis uiuum uerbum* » f. 42 v.

« Item oratio in media nocte nat. D. » (initium tantum); inc. « *Te oramus dne. sce. pater omnipotens aeterne ds. in hac nocte natalis filii tui* » f. 43 v. — Desunt folia aliquot post f. 43.

Missa in coena domini, initio mutila, f. 44.

Orationes « in VI . feria »; inc. « *Ds. a quo et iudas reatus sui proditor poenam et confessionis suae latro praemium sumpsit. Concede* » etc. f. 46 v.

« Item orationes in caena dni. siue in biduana »; inc. « *Da nobis dne. perpetuae benedictionis munus accipere* » f. 51.

« Oratio post lectiones sabbati »; inc. « *Dm. omnipotentem patrem* » etc. f. 55 v.

« Oratio in sabbato requei (sic) dominici corporis »; inc. « *Succumbente magno nostra pro salute agno* » etc. f. 56 v.

« Item oratio ad sexta (sic) die sabati »; inc. « *Hac hora auspicatur* » f. 57.

« Oratio in sabbato hora nona »; inc. « *O dne. pater omnipotens* » f. 57 v.

« Oratio » « in vespera Paschae »; inc. « *Dni. gratiam* (sic) *per aquam et scm. spm. renati* » etc. f. 58 v.

« Oratio ad duodecema (sic) »; inc. « *Auctorem lucis principem luminis* » f. 59 v.

« Praefacio caerae (sic) incipit »: « *Omnipotentem dm. FF. dlmi. suppliciter deprecemur* » f. 60. — « Benedictio caerae beati Augustini epi. quam adhuc diaconus cum esset edidit et cecinnit (sic). Feliciter »; inc. « *Exultet* » etc. f. 61. — « Contestatio » f. 62. — « Collectio » f. 65. — « Coll. post hymnum caerei » f. 65 v.

« Cuiusdam fratris ordinis Carthusiensis (i. e. Bartholomaei olim rectoris univ. Heidelbergensis) tractatus de concilio basileensi »; inc. « *Victus modestia imperantis paterne iussionis* » etc. (v. infra f. 153) f. 67.

Thomae « de Iemugstan abbatis in Scocia » et Michaelis « Wandelwinii praepositi Tricastinensis » synodi basileensis oratorum « praesentacio credencialium » sacri romani imperii electoribus et principibus etc. f. 77 v.

« Explanatio de tribus veritatibus fidei decretatis per Synodum Basiliensem. Item et de quinque conclusionibus ex quibus Eugenius quondam papa IV arguitur hereticus »; inc. « *(M)agnus predicator veritatis Paulus apostolus* » f. 81.

Pro synodo Basileensi; inc. « *Serenissime princeps et christianissime rex cum inclitissima serenissimaque prole ceterique principes proceres et prelati* » f. 141.

« Alme Universitatis studii wyennensis scriptum » de eodem argumento; inc. « *Circa materiam quam inierunt R^mi Patres et illustrissimi principes sacri Romani Imperii electores* » f. 148.

(Bartholomaei rect. Heid.) tractatus idem qui supra (f. 67) f. 153.

Synodi Basileensis epistola contra Eugenium IV; inc. « *Sacrosancta* (etc.) *uniuersis Xpi. fidelibus* (etc.) *grande periculum et desolationem inauditam* » f. 165.

« Tractatus contra synodum Basileensem, imperfectus; inc. « *(D)issimulare non possumus quod pertinet ad omnes qui diligunt nomen Xpi.* » etc. f. 171.

« Thomae de Corcellis unius ex oratoribus Basiliensis Concilii propositio facta Bituris » a. 1438 « coram Rege Francie ac prelatis ecclesiam gallicanam representantibus pro iustificatione eiusdem concilii » f. 194.

Eiusd. responsio ad ea quae episcopus dignensis, orator Eugenii IV, in conventu de quo supra exposuit « contra auctoritatem supremam generalium conciliorum » f. 203.

« Utrum ad imperatorem pertineat noui concilii conuocatio in loco per eum eligendo pro extirpatione Scismatis »; inc. « *(O)mnipotentis dei posito suffragio dum queritur an ad imperatorem pertineat noui concilii conuocatio* » f. 210.

« Dni. Lodovici (Pontani) de Roma tractatus super raciones et articuli (sic) dni. Eugenii (IV) super electione et nominatione ycomenici Concilium (sic) » f. 220 v.

« Eiusd. qualiter Concilium generale habet potestatem corrigendi papam » f. 229.

Excerptum ex Ioanne de Segobia de iustificatione sententiae contra Eugenium IV latae a concilio Basileensi; inc. « *Ut omnibus euidenter constet* » etc. f. 235.

Mag. « Henrici Tag (l. Toke) can. magdeburgensis propositio facta in conc. basileensi die 9 Dec. 1438, nomine « oratorum regis romanorum et electorum » f. 247.

Albertani causidici brixiensis liber de doctrina dicendi et tacendi « compositus cum esset in carcere dni. imperatoris Fregeridi (sic) in ciuitate Cremona in qua positus fuit cum esset capitaneus Ganardi ad defendendum locum ipsum ad utilitatem communis Brixiensis a. d. 1228 (sic) de mense Augusti in die sci. Alexandri quo obsidebatur ciuitas Brixie per eundem imperatorem »; in calce legitur: « explicit de doctrina dicendi (etc.) ab Albertano (etc.) compositus et compilatus sub anno domini m° cc° lxv° (sic) de mense decembris », f. 251. — Sequitur, f. 257 v. Eiusd. « liber consolationis et consilii » inscriptus tamquam praecedentis tractatus liber secundus; fine caret.

« Enee Sylvii de Picolominibus (sic) de gestis concilii Basiliensis commentaria » f. 263.

« Anselmi archiepiscopi cantuariensis tractatus de processione Spiritus Sancti » (contra Graecos) f. 270.

« Eiusd. Prosologion » f. 285.

« Eiusd. de sacrificio azimi et fermentati » f. 293.

« Eiusd. de sacramentis ecclesie » f. 295 v.

« Eiusd. de meditacione redempcionis humane » f. 297.

(Eiusd.) « de casibus (sic) diaboli » f. 300.

Tractatus de ss. Trinitate (initium tantum); inc. « *(D)e trinitate hoc est tenendum quod in una substancia sunt tres persone* » f. 316.

« Tractatus de temporibus et annis generalium et specialium conciliorum »; inc. « *De sacrosanctis synodis seu conciliis generalibus seu uniuersalibus tractans Gracianus in decretis* » f. 317.

602. Chart. in 4, saec. XV, fol. 233.

Quid responsura sit synodus Basileensis oratoribus Eugenii quarti; inc. « *Cogitanti huic sacre generali synodo in spiritu sancto legitime congregate* » f. 1.

Excerptum ex Chrysostomi homilia X in Matthaeum f. 15 v.

Oratio ad concilium Basileense de extirpatione haereseum, reformatione et pace ecclesiae; inc. « *Maximam michi dicendi praestat fiduciam Reuerendissimi patres* » f. 16.

Oratio ad patres eiusdem concilii habita a legato Eugenii IV; inc. « *Humanissimam et sanctissimam dni nri* (etc.) *Eugenii pape quarti intencionem* » f. 24.

« Augustini » tractactus « de cathezizandis (sic) rudibus » f. 30 v.

Isidori sententiarum libri tres; adnotavit alia manus: « que . sunt . veluti . generales . canones . si . perspicaciter . intueantur . » f. 52.

« Bernhardi super psalmo nonagesimo scilicet Qui habitat », scr. anno 1433, f. 122.

« Tractatus de sacramentis uisibilium templorum » (sermo); inc. « *Quoniam ad dedicacionem presentis basilice hodie deuote conuenistis oportet* » etc. f. 151.

« De sacramentis neophitorum (sermo) cuius supra (sic) in sinodo »; inc. « *Populus ad fidem vocatus visibilibus sacramentis instruendus est* » f. 156.

« De conuenientia ueteris et noui sacerdotii (sermo) cuius supra (s. Augustini?) »; inc. « *Beneficia que pro saluandorum reconciliacione saluator exhibuit* » f. 272.

« Sermo de oratione dominica cuius supra (s. Augustini?) »; inc. « *Duo sunt karissimi que principaliter attendere debet* (etc.) », scr. a. 1433, f. 195 v.

« Guilhelmi Parisiensis de Penitencia», cum glossis, scr. a. 1433, f. 200.

603. Chart. in 4, saec. XV, fol. 261.

« G(uilelmi) de monte Lauduno Sacramentale », i. e. tractatus « quedam puncta theologica breuiter continens que in uniuersis locis textuum et glosarum iuris canonici admixta propter aliena theologorum uocabula et subtilem eorum modum tradendi, obscuritate(m) pariunt simplicibus canonistis » (ex praefatione); fine caret, f. 1.

« Opusculum directorium ad passagium terrae sanctae » (tit. ex praefatione); inc. « *(D)e celsitudinis uestre sancto proposito domine mi Rex in Romana curia fama celebri diuulgato* » f. 73.

« G. Ade » ord. praed. tractatus de « passagio » terrae sanctae; inc. « *(V)enerabili* (etc.) *dno. R. de Fargis tytuli s. Marie noue diacono cardinali* » etc. f. 111 v.

« Alberti de Ferrariis doctoris de Placentia tractatus de funeralibus et canonica portione » f. 140. — Praeeunt, f. 134, argumenta tractatus eiusdem.

Oratio ad patres concilii Basileensis; inc. « *(S)i ea que iusta et honesta sunt R^mi patres equo animo et leta fronte omnes susciperent* » f. 199.

Oratorum concilii Basileensis collatio ad clerum constantiensem; inc. « *(S)acrosancta* (sic) *generalis Sinodi Basiliensis universalem ecclesiam* » f. 210.

(Gerardi Landriani) oratoris Basileensis concilii oratio ad (Henricum VI) regem Angliae f. 221.

« Iohannis de Mella prothonotarii (sic) sedis ap. collatio facta (in conc. basileensi) in ambasiata domini Eugenii pp. quarti », a. 1436, f. 224.

« Mag. Bernhardi ambasiatoris regis Arroganum (sic) in concilio Basiliensi » sermo, a. 1436, f. 226.

« Ambasiatorum principum Electorum collacio facta in presencia domini Eugenii pape (IV) tempore concilii Basiliensis ad eundem missorum »; inc. « *(M)andatum susceptum lubencius* » etc. f. 229.

« Collatio facta coram concilio Basiliense » « per quemdam doctorem ordinis theotonicorum ambasiatorem regum de Prussia et principis Swydergal (sic) »; inc. « *Sacratissime huius congregacionis* » f. 231 v.

De modis devolvendi causas ad romanam curiam; inc. « *(D)uplex est modus deuoluendi siue trahendi causas ad Ro. cu. ut in ipsa curia tractentur* » f. 253.

604. Membr. in 8, saec. XV, fol. 60; picturis illustratus.

« Andreae (de Petra) archiepiscopi colossensis dyalogus ad ciues Methonenses in Marcum Ephesiorum pontificem damnantem ritus et sacrificia Romane ecclesie ». Inest Marci Ephesini ad Georgium epistola adversus latinos graece in particulas dissecta.

605. Membr. in f. saec. XV, fol. 96.

Caroli de Malatestis et cardinalium « petita et responsa in rebus pacis ecclesiae » (titulus manu saec. XVI), Pisis et Bononiae a. 1410. — Sequitur, f. 89, (Caroli de Malatestis) « informatio ad serenissimum Regem Romanorum et Hungariae pro tranquillitate sce. Romane ecclesie et ipsius vera reintegratione, et reformatione oportuna », a. 1411.

606. Chart. in 8, saec. XV, fol. 222.

« Sub anno 1347 de mense septembris (etc.) gesta sunt infrascripta cum inclito imperatore grecorum Catacussinos (l. Ioanne Cantacuzeno)

semper illustri tractata per Bartholomaeum de Roma seruum fidei et affirmata per Imperatorem per caput suum in pōntia (sic) ambaxiatorum s. dni. Georgii, dni. Nicholai et dni. Francissi (sic) » f. 1.

« Instruccio seu informacio generalis circa modum seu formam inquirendi seu examinandi » haereticos et complices eorundem ut singulorum fraudes subtilius detegantur (titulus ex verbis ipsis tractatus desumptus) f. 8v. Praeeunt, f. 7, tabula et praefatio quae inc. « *Sequitur quinta pars et ultima tractatus in quo agitur de modo arte et ingenio inquirendi et examinandi hereticos* ».

De iurisdictione imperii; inc. « *(Q)uoniam apud multos vertitur in dubium de iurisdictione Imperii quid sit tenendum* » etc. f. 53. — Sequuntur, f. 80v. alia eiusdem argumenti, f. 86v. excerpta ex « Landolfo de Columpna de statu et municione imperii » et, f. 94v. ex fratre Bonagratia (?) de iurisdictione in spiritualibus et temporalibus.

« Lectura l(egis) unice C(odicis, L. VII, tit. 47) de sententiis que pro eo quod interest proferatur (sic) secundum Cynum » f. 114.

Sermones de tempore et de sanctis; primus inc. « *Qui manducat hunc panem* (etc.) *Io. 6 Quicumque sumit* (?) *corpus Xpi.* » f. 125. — Insunt: Conradi praepositi ecclesiae Wormaciensis epistola ad Philippum de Maseriis Regni Francorum consiliarium f. 160: — Quaestio « An propter excommunicationem in genere prolatam quis sit vitandus »; inc. « *Numquid ab homine vel a iure ferri possit excommunicacio in genere* » f. 161.

Adnotationes de excommunicatione f. 221.

607. Chart. in 4, saec. XV, fol. 294.

Philesii Kingmanni Vogesigenae ad Iacobum Vimphelinium praeceptorem epistola de Christi passione in teutonicam linguam versa quam « Io. Knoblonchus cum exquisitissimis figuris nunc imprimit ». — Inest Francisci Petrarchae de s. Maria Magdalena carmen hexametrum f. 1. — Sequitur excerptum « ex compendio Theologie lib. 7 c. 10 de Gog et Magog ».

« Teustzsz uss Saracenisse gedolmetzt », i. e. lexicon germanico arabicum, f. 2.

Abbatis Iohannis de Castro Durantis f. 5, — Fr. Andreae « graeci constantinopolitani » ord. praed. f. 10, — Fr. Bernardi « Vaquerii » ord. s. M. de Monte Carmelo conventus Montispessulani f. 19, — Cancellarii Parisiensis (a. 1415) f. 21, — Eiusdem (a. 1415) f. 24, — « Fr. Allexii » (de Siregno) ord. min. ep. placentini (a. 1416) f. 27v. — Iacobi (Balardi) episcopi laudensis (« super condempnacione Ieronimi de Praga ») f. 30, — « Iohannis de Rotha » ordinis minor. vicegeneralis (a. 1415) f. 32, sermones habiti in concilio Constantiensi. — Insunt,

f. 14 et f. 26 v. sermones anonymi de eod. arg.; alteri adscripta est nota anni 1415.

Sermones ad patres concilii Basileensis de tempore, de s. Michaele, s. Hieronymo, Conceptione b. Mariae, et s. Stephano; sermonis secundi auctor: Prior s. Benigni; primus sermo inc. « *Bonum est nos hic esse Math. XVII originaliter Transsumptiue uero in euangelio hodierno* » f. 38.

Legati Wladislai regis Poloniae oratio ad concilium Basileense post mortem ipsius regis; inc. « *Credidimus sacrosante huius Basilien. synodo* » etc. f. 81.

Legati regis « Arrogonum (sic) » oratio ad idem Concilium; inc. « *Inspexit Serenissimus atque gloriosissimus rex* » f. 83 v.

Sermones duo ad patres eiusdem Concilii; prior inc. « *In nomine etc. Non me presumptionis temeritas sed Xpi. caritas* » f. 91.

Orationes duae ad magistratus milites et doctores; prior inc. « *Sepe mecum ipse dubitavi magnifici et potentissimi dni.* » f. 101.

Sermo de extremo iudicio; inc. « *(V)idi alterum angelum* (etc.) *Apoc. 19. Non cognoscunt impii nec curant intelligere quae terribilia ipsis ordinat altissimus deus* » f. 106 v.

Sententiae excerptae ex Ciceronis libris de Officiis, de Senectute et de Amicitia f. 110.

Sententiae ex « Senecae » libr. de Tranquillitate animi et Morum institutione f. 117 v.

Sententiae ex Ciceronis Tusculanarum quaestionum libris quatuor f. 120.

Sermo de conceptione b. Mariae virginis; inc. « *In me omnis gratia* (etc.) *Eccl. 24. Quoniam misterium sacratissime virginis quo scilicet ab eterno praeordinata fuit* » etc. f. 123 v.

Orationes « ad patres » (habitae in ditione Reipublicae Venetae), ad (Ferdinandum) regem Aragoniae, ad (Eugenium IV) summum pontificem, « pro Luca Florentino (habita Venetiis), et « de laudibus philosophie »; prima inc. « *Quamquam multos hic adesse intelligam illustres ac magnifici domini patresque doctores amplissimi* » f. 126.

« Ad habendum dolii capacitatem » et « ad componendam virgam viseralem per circinum (sic) », adnotationes, f. 155 v.

« F. Andreae (Bilii) mediolanensis secunda anniversaria » (Io. Galeatii Visconti ducis mediol.) « sequente anno habita », oratio altera, f. 156. — Prior desideratur uno avulso folio.

« Eiusd. de laudibus disciplinarum Senis (i. e. ex s. Bernardino de Senis) » f. 161 v.

« Eiusd. collaudatio funerea Iohannis Gisilerii millitis (sic) Bononiensis » f. 163 v.

(Eiusd.) Orationes funebres in laudem Laurentii, Iacobi doctoris, Stephani et Nicolai iurisconsulti, f. 164 v.

Oratio ad « doctorum insignia atque ornamenta adipiscenda »; inc. « *Sepe audieram viri spectatissimi eos esse sapientie atque ingenii fructus* » f. 167 v.

Oratio de philosophiae laudibus, imperfecta; inc. « *Non existimo ego uos nobilissimi iuuenes* » etc. f. 168.

M. Tullii Ciceronis epistolae XVIII ad Lentulum, ad Curionem aliosque f. 168.

« Morbasani Hebei Iesei (sic), cum fratribus suis, turcarum domin. epistola missa sacerdoti romanorum (i. e. Nicolao pp. V) » f. 172.

« Sermo in nuptiis post conuiuium »; inc. « *Nichil suauius existimaui, viri ill^mi, quam de amicorum laudibus condicere* » etc. f. 172 v.

Epistolae septem sine titulo, quarum prima commendatitia pro Ioanne, ne « praefecturam motuensem (sive metuensem) amittat quam propemodum consecutus est »; secunda ad eundem Ioannem; ceterae ad eiusdem, ut videtur, Ioannis filium; prima inc. « *Venit ad me uesperi* (sic) *familiarissimus mihi Io.* » f. 173.

Exempla rhetorica inscripta: « Contra reprehendente poesim »: — « Reprehenditur praesens status et urbis romane »: — « Exempla alia »; primum inc. « *Esto plures ignari existimet* (sic) *perfacile poesis posse contingi* » etc. f. 174 v.

« Exemplum consolacionis de peste »; inc. « *Hesterno uespere quo Iohannes noster aduenerat, is me certiorem reddit pestis discrimen banoniam* (sic) *admodum misere invasisse* » f. 175, finem quaere f. 176 v.

Philippi Peregrini epistola « De Cometa », a. 1477, f. 175 v.

Excerpta « ex compendio Theologie lib. 3 . cap. 24 » (de peccatis) f. 176.

« Rep(re)henduntur rebelles filii »; inc. « *Abite hinc insignes pietate* (sic) *filii* » f. 176 v.

« Oratio ad papam Iohannem (XXIII) nomine universitatis arcium et medicine Bononiensis »; inc. « *Cum Beatissime pater ac totius universalis ecclesie Xpicolarum sublimis pastor* » f. 177.

« Oracio alicuius repetentis vel alium actum facere volentis »; inc. « *Da michi domine sapientiam et intelligentiam, verba proposita 2° paralipomenon C . I . scribuntur iniciature origenaliter* (sic) » f. 177 v.

« Ad Polidorum Senensem presidem in deferendo Rectori iureiurando » orationes duae; prior inc. « *Etsi Polidore preses iustissime incredibilem humanitatem tuam nouerimus* » f. 178.

« Oracio Rectoris nouelli suscipientis caputeum (sic), rectorem praeteritum recommendans et graciarum acciones uniuersis praesentibus tribuens »; inc. « *Nichil cause esse puto patres clarissimi quamobrem* » etc. f. 179 v.

« Oracio Rectoris antiqui rectori nouello capucium tradentis »; inc. « *Exigeret locus hic gloriosissimi ac excelsi domini doctores praestantissimi scolares eruditissimi* » etc. f. 181 v.

« Aurispa Francisco de Ferrectis anconitano eunti a Constantinopoli Anconem (sic) », epigramma, f. 182.

« Epigrama (sic) Euripidis »; inc. « *Siste quid ipse velim rogito cognosce viator* » f. 182.

« Epigrama (sic) Chaterine »; inc. « *Hoc iacet ingenue forme Catherina sepulchro* » f. 182.

« Epitaphium dni. Raphaelis Fulgosi »; inc. « *Emerite predigna gerens cognomina laudis* » f. 182.

« Epigrama (sic) Nichine flandrensis scorti »; inc. « *Si steteris paululum versusque legeris istos* » f. 182.

Epigramma sine titulo; inc. « *Perfide qui nostram laniaueris emule chartam* » f. 182.

(Antonii Panormitae?) epigramma « De ortu atque obitu Hermafroditi »; inc. « *Dum mea me genitrix grauido gestaret in aluo* » f. 182.

« Oratio praesidis a quo iusiurandum exigitur aduersus rectorem »; inc. « *Antequam de magistratu gerendo tam diserte copioseque dissereres vir magnifice* » f. 183. — Sequitur adnotatio brevis contra hypocritas.

Oratio inscripta: « Quidam ad quemdam cardinalem legatum Bononiensem »; inc. « *Memor sum Rev^me P^r cum de romana curia rediens* » etc. f. 184.

« Oracio cuiusdam recipientis insignia doctoratus facultatis medicine in Urbe Senensi »; inc. « *Gratum admodum mihique iocundissimum* (sic) » etc. f. 184 v.

« Oracio doctoris insignia tribuentis »; inc. « *Maxime vellem clarissimi viri ea in me esset vis atque exercitacio dicendi* » etc. f. 185.

Oratio ad summum pontificem, imperfecta; inc. « *Vellem summe presul pater sanctissime ac beatissime ea michi vis ingenii ac dicendi copia esset* » f. 185 v.

Sermo: « *Hic est qui uenit per aquam et sanguinem Ihs. Xps. - verba hec origenatiue* (sic) *in epistola Iohannis prima capitulo 5°* » f. 186.

« S. Thomae de physonomia (sic) » f. 190 v.

« Concilium Basiliense » usque ad a. 1438 f. 192. — Sequitur adnotatio lingua germanica de concilio Florentino et de conventu Francofurdiensi anno 1439, Alberto rege Romanorum.

« Notabilis exposicio super canonem misse », typis impressa saeculo XV, littera initiali et rubricis manu pictis, fine carens, f. 286.

Praecepta medicinalia, lingua germanica, manu saec. XVI; inc. « *Eyn recept* » etc. f. 293 et 294 membranaceo.

608. Chart. in 4, saec. XV, in duas partes divisus, fol. 1-208 et 209-426.

Pars prior:

Tabula codicis f. 1.

Sermones synodales; primus inc. « *Isti sunt filii Sadoch* (etc.) *In hiis* (sic) *verbis spiritus sanctus nobis insinuat quales debent esse et quomodo uiuere ministri ecclesie* » etc. f. 2.

« Iordani carthusiensis sermo de sacerdotibus » f. 79.

« Reprehensiones plurime in clericis et prelatis etc. ex diuersis auctoribus, sanctis etc. », i. e. ex Adamo (de s. Victore) parisiensi, Ambrosio, Anselmo, Augustino, Bernardo, Chrysostomo, Gilberto, Gregorio, f. 80 v.

Iordani carthusiensis sermones ad religiosos, de militibus, de nobilibus, de mercatoribus, de scolaribus, de clericis, item ad religiosos, f. 85.

« Domini Boboniensis (sic) s. Sabinae episcopi card. sermo factus in exequiis dni. Urbani pp. quinti » f. 97.

« Mag. Gherardi Brant s. th. prof. collacio recommendatoria facta Heydelberg. », « d. 20 Marcii a. 1432 », « pro XVII licenciandis quorum primus erat Henricus de Bruxella », f. 98. — Sequitur, f. 102, alia « recommendacio pro licencia in artibus danda ».

« Henrici de Gouda (sic) magistri in theologia arenga tempore disputacionis quotlibetice » f. 104.

« Clemens (sic) in principio sermonis de sancta Agnete » etc. excerptum; — « Ex sermone Leonis pp. de ieiunio » f. 105 v.

« Mag. Iohannis de Francfordia recommendacio in nouo ordinario theolog. », anno 1434, f. 106.

« Mag. Gherardi Brant collacio facta coram papa Martino (V) de Columpna » f. 110 v.

« Mag. Henrici de Gouda (sic) recommendacio in libros physicorum », a. d. 1414, et alia « recommendacio » de eodem argumento a. 1426, f. 111 v.

« Mag. Henrici de Limpurg arenga in rectoratu », a. 1434, f. 118 v.

« Mag. Bartholomei de Traiecto recommendacio pro determinatore in artibus », a. d. 1433, f. 119 v.

« Sermo factus Ferrarie in concilio coram dno. nro. Eugenio pp. IIII. de mense nouembris ex parte dni. Philippi ducis Brabantie et Burgundie per d. abbatem cisterciensem eiusdem ducis ambasi(a)torem »; inc. « *Si fiscellam iunco texerem aut ut beati Ieronymi scriptis in prologo libri Iob uerbis utar* » etc. f. 122.

« Arenga proposita et facta in Concilio Ferrariensi ex parte dni. ducis Sabaudie etc. coram dno. nro. Eugenio pp. IV »; inc. « *Sanctissime pater Quia recens heu genus planctuum dolorumque et tristiciarum* » etc. f. 125.

« M. Lud(ovici) de Ast arenga facta coram dno. Alberto duce Austrie in regem Romanorum electo » f. 126.

Eiusd. cancellarii ducis Ludovici comitis palatini Rheni « arenga proposita et facta Bononie coram dno. nro. Eugenio pp. Quarto ex parte Reverendissimorum dominorum Maguntini et Coloniensis aliorumque illustrium principum Romani imperii electorum » (titulus ex contextu desumptus) f. 128 v.

« Mag. Io(HANNIS) KIRCHEM arenga ad universitatem heydelbergensem facta pro et in praesentatione iunioris ducis Ludouici etc. patre suo Ludovico seniore in naturalibus deficiente » f. 130 v.

« Arenga facta coram pp. etc. pro confirmatione electionis dni. Ruperti Bauarie ducis etc. in regem Romanorum electi »; inc. « *Beatissime pater* (etc.) *peroraturus ad uos patrem patrum pro parte deuotissimi filii S. V.* » etc. f. 132.

« Recommendacio pro licenciat. in theologia »; inc. « *Septem angeli* (etc.) *Apoc. VIII. Celestium secretorum contemplator eximius* » f. 134.

« BARTHOLOMEI DE HERKENROYME Arenga ad universitatem heydelbergensem facta in rectoratu » f. 136.

« Eiusd. recommendatio facta in presentatione licenciandorum in decretis » f. 138.

« IOHANNIS DE BRUX(ELLIS) recommendacio licenciandorum in artibus f. 140.

« Sermo factus in concilio credo Constantiensi exhortatorius ad reformationem ac unionem ecclesie Katholice »; inc. « *Habeo vobis dne.* (sic) *Ioh. XVI originatiue et in officio misse transumptiue* » etc. f. 142.

« Bartholomei de Herkenroyme arenga ad universitatem in pronuntiatione statutorum eiusdem, in secundo rectoratu eiusdem » f. 146.

Mag. Gerardi Brant collatio facta in universitate heydelbergen. in suo rectoratu, a. 1435, f. 148.

« PHILIPPI abbatis in Otterberg. (ord. cisterc.) sermo synodalis » f. 150.

« Sermo Sinodalis notabilis a. episcopalis visitationis »; inc. « *Ecce ego ipse requiram oues meas* (etc.) *Hesterno die redeunti michi* » etc. f. 152 v.

« IOHANNIS ERNESTI heydelbergensis et tunc rect. uniuersitatis Arenga in receptione Archiepiscopi Treuerensis anno 1441°, in presencia dnor. Ottonis Ludouici et Frederici ducum » f. 154 v.

« Iohannis de Francfordia arenga facta in terra Pedemontium Sabaudie in ciuitate Petrolin. in causa desponsationis ducis Ludouici et domine Methildis comitisse Sabaudie anno dni. 1419° » f. 156.

« Eiusd. collatio alia ad regem Anglie ex parte comitis palatini Reni ducis Ludouici etc. in terra Francie facta », a. 1420, f. 158 v.

« Arenga pro petenda receptione doctoratus in iure canonico uel ciuili etc. »; inc. « *In nomine* (etc.) *Domestice laudis exempla maiorum* » f. 167.

« Principium in theologia siue ipsius recommendacio in nouo ordinario »; inc. « *Venerabiles dni. mei, qui desiderio scrutandi scripturas sacras, visitare curastis scolas* » f. 168.

« Francisci Petrarche poete laureati epistola de paciencia Griseldis », (i. e. translatio fabulae scriptae a Io. Boccaccio), « scripta Bruxelle anno 1436° per Radulphum de Zeelandia alias de Bruxella » f. 169.

Epistola ad anonymum de coniugio; inc. « *Epistolam tuam sancte sollicitudinis indicem ante aliquot menses accipiens* » f. 173.

« Ambasiatorum (sic) regis Portugalie propositio ad concilium Basiliense »; inc. « *Plato grauissimus stoyce discipline imitator* » f. 176.

« Ambrosii Camaldulensis legati dni. Eugenii pp. IV oratio ad sacrum Basiliense concilium » f. 178 v.

« Collacio seu proposicio ad d. Eugenium pp. IIII super obseruatione decretorum concilii Basiliensis »; inc. « *B^me^ pater exigeret presencia uestre beatitudinis in primo dicendorum alloquio orationem ornate compositam* » f. 181 v.

« Origenis presbiteri (sic) planctus »; inc. « *In afflictione et dolore animi incipio loqui* » f. 184.

« De humilitate et paciencia conseruanda » et « de inuidia detestanda », excerpta ex Vincentio (Bellovacensi) in Speculo historiali qui ex « floribus Cassiani » et ex « Gregorii homilia de martyribus », f. 186.

(Poggii Florentini) ad Leonardum (Brunum) Aretinum epistola « de Ieronymo (pragensi) in Constantiensi concilio de haeresi iudicato et convincto » f. 187.

Accae episcopi et Bedae epistolae mutuae f. 189; in calce adnotatur: « inicium faciunt expositionis Bede in euangelium Luce ».

« Epistola missa decano ecclesie spirensis per quemdam professum in Mulbrun. et quondam ibidem abbatem » f. 191 v.

« Leonardi (Bruni) Aretini in ypocritas epistola » f. 194. — Sequuntur adnotationes de eodem argumento.

« Fr(ancisci) Petrarchae epistola ad Karolum 4^tum^ Romanorum imperatorem de falsitate priuilegii austriani ab imperio eximentis » f. 197 v.

« Origenis omelia contra falsos hereticos aut prophetas »; inc. « *I. i. t. attendite a falsis prophetis* (etc.) *Preuidens dominus doctrinam hereticorum* » f. 199.

« Peticio principum electorum ad dnum. apostolicum (Eugenium IV) ut is consentiat in nouum concilium celebrandum pro extirpatione scismatis et neutralitatis »; inc. « *Benignitatis itaque tue clemencie* » f. 202.

« Enee (Silvii) poete ytalici propositio substantialiter concordans cum precedente in multis et certis nomine Electorum petitis » f. 202 v.

« Mag. Gherardi professi in Schonaw prouisoris domus s. Iacobi in uniuersitate heydelbergensi proposicio pro parte dni. Ludouici Comitis palatini Reni coram dno. apostolico (Eugenio IV) » f. 206.

Pars altera codicis:

« Susceptio quorumdam dominorum ad tractandum pacem in Francia »; inc. « *Ad vestras dominaciones patres R^mi iussione singulorum actuum qui in urbe inclita parisiensi versantur uniuersitate studii omnium ecclesiasticorum atque ciuium missi sumus* » f. 209.

« Sermo pro exhortatione electionis pontificis parisiensis »; inc. « *Domine qui corda omnium nosti* (etc.) *Act. X. hec uerba originaliter* (?), *ubi pro principe apostolorum et pastorum in illius electione* » etc. f. 211.

« Proposicio facta coram papa Benedicto (XIII) pro unione et pace sce. matris ecclesie », scr. Bruxellis a. 1445; inc. « *Benedic hereditati tue. Sanctissime pater Benedicte benedic obsecramus* » etc. f. 214.

« Mag. Iohannis de Mechlinea prof. studii coloniensis arenga coram legato apostolico dno. Iohanne Kariual (sic) card. s. Angeli anno 1449° in susceptione eiusdem Colonie facta » f. 220.

« Alia susceptio legati apostolici dni. cardinalis Philippi de Francia »; inc. « *Bene sit inclite philippe et beatificeris* » f. 222.

« Mag. Gherardi Brant de Dauentria quaestio ad quam respondit (f. 236) Mag. Iohannes Ernesti heydelbergensis anno 1436°, 8 d. Marcii » f. 229.

« M. Io(annis) Walstadt quaestio disputata pro doctoratu heydelberge in aula anno dni. 1425° » f. 241.

Quaestio « utrum ecclesia sponsa uocetur »; inc. « *Notandum circa illum ecclesia cuius nomen uarias suscipit in sacris codicibus acceptiones* » f. 244 v.

« Mag. Nicolai Magni de Jaulber (sic) (v. f. 247 v.) quaestio utrum heretici asserentes clerum dominiis et possessionibus spoliandum sint iuxta ewangelium (sic) Xpi. exterminandi et reuertentes aliquotiens ab heresi sint ab ecclesia totiens recipiendi » f. 245 v.

« Notandi sunt X passus in quibus sanctus Thomas contradicere uidetur sibi ipsi secundum Conradum de Ebracho » f. 252.

« Utrum papa possit se intromittere de bonis laycorum et eos compellere ad solutionem bonorum suorum pro utilitate ecclesie »; inc. « *Prima propositio que in ordine ierarchico ecclesie militantis* » etc. f. 253.

Quaestiones, sine nomine auctoris, inscriptae: « De iusticia originali » f. 255: — « Utrum in diuinis ponenda sint supposita relativa et non absoluta proprietatibus relatiuis » f. 255 v. — « Utrum fides solum habeatur per infusionem » f. 256 v. — « Utrum propositionis assensus sine motiuo et apparentia oriatur et proueniat ex potestate hominis propria » f. 257: — « Utrum fidei possit subesse falsum » f. 257 v. —

« Utrum fides nulla humana ratione attingibilis veritatis et certitudine infallibilis sit omni legi et acti compatibilis » f. 259: — « Utrum revelatio facta creature aliquam imponat necessitatem futuris euentibus » f. 261v. — « Utrum possibile sit nos cognoscere deum » f. 267.

« De processione Spiritus Sancti a patre et filio secundum latinos sed a patre tantum secundum graecos iuxta narrationem et bullam Florentiae datam, 1439 », i. e. anonymi « doctoris et magistri » animadversiones in bullam praedictam; inc. « *Anno domini quo supra* » f. 268.

« Deliberatio et concilium facultatís theologice studii Winensis (sic) super dissentione inter Eugenium pp. IV et Basiliense concilium anno 1442° dat. super consultatione archiep. Salzburgensis legati ap. sedis » f. 270.

« Mag. Io(annis) de Francfordia quaestio disputata Heydelberge ad quam respondit magister Willhelmus Diuīt de Lyra » f. 277.

« Henrici de Groeninghen colon. eccl. canonici sermo factus synodo coloniensi anno dni. 1420° » f. 285.

Initium sermonis ad (eundem?) synodum (eiusd. auctoris?) f. 291.

« Mag. Petri de Elyacho (l. Alliaco) quaestiones morales et philosophicae », i. e. sermones septem, f. 292.

« Mag. Ra(dulphi) de Bruxellis responsio » ad quaestionem « Utrum pocius et plus standum sit et inherendum sentencie solius pape principis et capitis ecclesie militantis quam tocius concilii aut maioris eiusdem partis papali sentencie realiter aduersantis », « presidente mag. Henrico Himperg quodlibetario in facultate artium studii heydelbergensis », f. 314.

« Quaestiones mendicancium Colonie in prouinciali synodo proposite » f. 320.

« Propositio regis Francie de Basilea allata »; inc. « *In primis praeter* » etc. f. 320v.

« Ludouici de Roma excerptum », i. e. ex eius scriptis de concilio Basileensi, f. 321.

Quaestiones de scientia theologica; in margine f. 335 adscriptum est nomen « Oyta »; inc. « *Utrum sacratissima celestis medicina scientia scil. theologalis ab altissimo omnium creatore* » etc. f. 328.

Quaestio « Utrum liberum arbitrium in homine uel aliqua creatura rationali possit per gratiam aut culpam ad bonum uel malum immobilitari » f. 338. — Sequuntur, f. 341, argumenta adversus hanc quaestionem, et, f. 351, eadem quaestio cum defensione.

« Mag. Petri Sanderi » quaestio theologica disputanda « anno 1443° d. 20 Aug. » f. 359.

Adnotationes et adversaria de rebus theologicis f. 362v. Folio 364 adscripta est nota anni 1443.

« Rodulphi de Bruxella (alias Zelandia) responsio pro disputatione quodlibetaria in uniu. heyd. presidente Mag. Petro Senderi (sic) anno dni. 1445° » f. 383. — Eiusd. aliae responsiones praesidentibus mag. « Conrado de Gommeringen », anno 1446°, f. 398, et « Ridolffo (sic) de Ruderseym », a. 1443, f. 408. — Aliae sequuntur anonymae f. 409.

« Utrum uotum praesertim licitum et uoluntarium possit auctoritate superioris commutari seu redimi et super eo dispensari »; inc. « *Articulo primo quod non in hiis* » etc. f. 421.

609. Membr. in f. scriptus anno 1400, fol. 347; picturis illustratus.

Nicolai de Gorram postillae « super omnes prologos beati Hieronymi ad bibliam » et « super quinque libros Moysi ».

Fragmentum tractatus « de creatura humana », a fine capitis XXXI ad initium cap. XXXIV, f. 347, manu saec. XV, adhibito in compactione codicis; cap. XXXI inc. « *(O)mnia uero corporis humani membra* ».

610. Membr. in f. saec. XIII, fol. 176.

Petri Lombardi glossa (magistralis) in Psalterium, (praesertim ex Augustino, Cassiodorio, Gregorio Magno, Hieronymo, Remigio).

611. Chart. in 4, saec. XV, fol. 352.

« Dni. Hugonis de .... ord. frm. predicatorum (etc.) cardinalis postilla in Ecclesiasten » f. 1.

Eiusd. (?) in Ecclesiasticum; inc. « *Summi regis palacium in quatuor consumatur* » f. 111.

612. Membr. in 4, saec. XIV, fol. *a* 224.

Fragmentum (glossae) de possessione, quomodo eam adipiscamur et amittamus, f. *a* adhibito in compactione codicis.

Quaestiones theologicae et morales, quarum tabula inserta est f. 123 v. et iterum f. 125; inc. « *Quaesitum fuit de naturali dilectione creature rationalis* » f. 1.

Tractatus in Ecclesiasten; inc. « *Verba ecclesiastes etc. totus iste liber diuiditur in tres partes* » f. 162. — Tractatus in Cantica Canticorum; inc. « *Osculetur* (etc.) *Videndum est quis huius libri actor* (sic) » f. 211. — Tabula « super Ecclesiaste », ord. alphabetico, f. 223 v.

613. Membr. in 12, saec. XIV, fol. 392.

Rationes accepti et expensi, a. 1427, f. 1.

« Concordantiae » Veteris et Novi Testamenti f. 2.

Fragmentum Psalmorum, manu saec. XIII, cum glossis, f. 392 adhibito in compactione codicis.

614. Membr. in 8, saec. XIV, fol. *a* 314.

Concordantiae Veteris et Novi Testamenti. Undecim folia priora restituta iussu Ludovici V Bavariae ducis a. 1582, adscripto titulo: « Partium declinabilium utriusque Testamenti index ». Folium ultimum mutilum.

615. Membr. in 12, saec. XIV, fol 408.

« Concordantiae » Veteris et Novi Testamenti.

616. Membr. in 8, scriptus anno 1306, fol. *a* 228.

« Thomae de Hybernia quondam socii de serbonia (l. Sorbona) manipulus florum siue extractiones originalium ». — Sequuntur, f. 220, index rerum ordine alphabetico et, f. 221, catalogus librorum quos auctor excerpsit.

617. Chart. et membr. miscellaneus in 8, saec. XIII et XV, fol. *a* 164.

Folia 1-79[a] chartacea, saec. XV:

Tabula cod. manu saec. XVIII, f. *a*.

(Gilberti) « liber de Purgatorio s. Patricii »; inc. « *Patri suo (praeop)tato in cro. (l. Christo) dno. abbati de Sartis frater H(enricus Salteriensis) monachorum minimus* » etc. f. 1.

« Visio Karoli regis » (visio inferni, purgatorii et paradisi); inc. « *In nomine dei summi regis regum Ego Karolus* (etc.) *facta nocte dominici diei* » (etc.), scr. anno 1474, f. 16.

Meditationes « de regno celorum », « de morte », « de beneficiis dei », de extremo iudicio, « de poenis inferni », « de eucharistia » et de passione dominica; inc. « *(P)oteris autem de celesti illa patria similitudines sensibiles assumere* », scr. anno 1474, f. 19.

« Modus quo quisque debeat comedere coram bonis et honestis hominibus »; inc. « *(C)um bonis et honestis numquam debes comedere quin prius debes abluere manus* », scr. a. 1475, f. 36.

Fratris Ioannis ad Simonem (monachum Vallis amoris prout in « inventario » Pal. Vat.) nepotem « monita qualiter debeat in religione conuersari »; praeit prologus inscriptus: « epistola missa in Ecmsten (sic) », fine carent, f. 39.

Folia 80-92 membranacea, saec. XIII:

Brevis adnotatio, lingua germanica, de sancto Herardo f. 80.

« S(igillum) Iohannis . plebani . ad . s. Mauricium . in . Augusta . a°. M° . CCCC . A (i. e. anno 1407) » impressum atramento in ima pagina; sigilli forma ellyptica est: in medio imagines s. Mauricii et Ioannis plebani supplicantis, f. 80.

Hymnus de corona spinea d. n. I. Christi; inc. « *Eterne regi glorie deuota laudum cantica fideles soluant hodie* » f. 80 v.

« Vita sci Herhardi confessoris »; inc. « *Herhardus, qui gloria fortis interpretari potest, narbonensis gentilitate* » etc. f. 81.

Sermo « in translatione sancti Herhardi »; inc. « *Presentis diei festiuitas ad uirtutum nos accendit gaudia* » f. 88.

Folia 93-164 chartacea, manu saec. XV:

Q. Sallustii Crispi de coniuratione Catilinae f. 93.

Eiusd. de bello Iugurthino f. 133.

Chirographum debiti scriptum a « Zuan Piero Marzarosta », die 3 Martii 1508, f. 164 v.

618. Chart. in 12, saec. XV, fol. 118.

Horae canonicae breviatae, clericis urgente necessitate ab Urbano pp. II permissae, f. 1.

« Liber quatuor novissimorum qui uocatur cordialis »; inc. « *Memorare nouissima tua* (etc.) *Sicut dicit sanctus Augustinus libro suarum meditacionum plus vitanda* » etc. f. 25.

« Thome de Aquino de differentia peccati venialis et mortalis » f. 156 v.

« Meditatio dolorosa uere et fructifere penitentie super tota sui ipsius miserabili et multum flebili uita »; inc. « *Hec una et sola forma et disposicio sit tibi* » f. 173 v.

619. Membr. miscellaneus in 8, saec. XII-XIII, fol. 77.

Tetrastichum de sacramentis; inc. « *Ordo sacerdotis species intencio forma* » in summo f. 1.

Tabula calculatoria; inc. « *Octonarius - septenarius - senarius* » f. 1.

De septem sacramentis; inc. « *Cum multa sint sacramenta noue legis VII tamen principalia et magis necessaria inueniuntur* » f. 1 v. — Praeeunt, manu paulo recentiore, versus: « *Ordinat et iungit baptismat crismat inungit* || *Peccatum plangit et in altari sacra tangit* », et in margine, eadem fortasse manu qua codex: « *Abluo firmo cibo piget uxor et ordinat ungit* ».

Benedictiones « ad introducendam feminam post partum », « ensis », « domus noue », « ad omnia quae uolueris », « super associandos matrimonio », « perarum et baculorum », f. 15 v.

« Preces » variae, praesertim pro peccatoribus, f. 16 v.

Sententiae morales; inc. « *Priuilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. - Melius est pro uirtute supplicium quam pro adulatione beneficium* » f. 17 v.

« Nota VII disciplinas domini quibus iustum corrigit qui septies in die cadit », brevis adnotatio, f. 17 v.

« Dicta beati Bernhardi »; inc. « *Cum facis sermonem non debes protenta manu quasi uerba in faciem populi iactare* » f. 17 v.

Epigramma praefixo lemmate: « *Dixit Simon Petrus ad Ihm. ecce nos relinquimus* (etc.) »; inc. « *Omnibus exutos nos et tua iussa secutos* » f. 17 v.

Monosticha de vocabulis « Est, Non » - « Meum, Tuum » - « Ego, Tu » f. 17 v.

« Hystoria de Iuda proditore »; inc. « *Mathias apostolus in locum iude substitutus est* » f. 18. — « De Pylato »; inc. « *Fuit quidam rex nomine tytus qui quandam puellam nomine pyla* » etc. f. 19 v. — « De destructione Iherusalem »; inc. « *Refert iosephus quod propter mortem iacobi iusti factum est excidium iherusalem* », narratio imperfecta, f. 21 v.

Sequentia paschalis, cum notis musicis; inc. « *Quem queritis in sepulchro o Xpicolae non est hic* », manu saec. XIV vel XV, f. 25.

De natura animantium, sermones ex Sacra Scriptura; inc. « *Sermo de tribus naturis leonis - Igitur iacob benedicens filium suum iudam dicens Catulus leonis* » etc. f. 26.

« Sermo ad populum »; inc. « *Temporibus imperatoris henrici erat quidam miles iuuenis* » etc. f. 32.

« Miraculum de purificatione beate Marie »; inc. « *Quedam matrona nobilis in beata uirgine magnam fiduciam habebat* » f. 32 v. — « Item miraculum de beata uirgine »; inc. « *Miles quidem* (sic) *ualde strenuus* » etc. f. 33 v.

Tractatus liturgicus de festis eorumque officiis ritu romano, initio et fine mutilus; rubrica post finem capitis de festo Epiphaniae est: « de octaua epiphanie »; inc. « *Nota quod in octaua epyphanie quedam de premissa die epyphanie et alia quedam dicuntur pertinentia proprie ad baptismum* » f. 34.

Sermones de tempore et de sanctis; prior in Pentecosten inc. « *Frs. kmi Xpc. alloquitur nos. Si diligitis me mandata mea seruate* » etc. f. 50. — Insunt et sequuntur, f. 58, exempla moralia et miracula inscripta « De thelonario », « De Thayde » (meretrice), « De Monacho Malcho », « De s. Iacobo », « De s. Maria et Hildefonso Episcopo », « De s. Maria » (tria), « De quodam paupere », « De septem stellis », De monacho cuius mores cum habitu monachali non consentiebant, « De peregrino », « De sacerdote », « De duobus fratribus », « Iterum de s. Maria » (tria), (Miracula in ecclesiis s. Michaelis Archangeli quae dicuntur « Clausa », et in monte « Tumba »), De quodam clerico s. Cassiani « in territorio civitatis quae dicitur Pisa ».

Adnotationes liturgicae, partim metricae; inc. « *Est racio qua pars altaris dextera missae* » f. 68 v.

« Versus de apostolis »; inc. « *Petrus in Roma fidei conspersit aroma* » f. 69.

« Legitur in annalibus libris romanorum (etc.) », (i. e. Pseudo-Lentuli de statura et vultu d. n. I. Christi), f. 69 v.

Expositio theologica et moralis in aliquot partes Cantici Canticorum; in margine, antiqua manus inscripsit: « de assumptione »; inc. « *Veni in ortum meum soror mea sponsa. Dominus ac saluator noster eximiae pietatis sponsus* » f. 70.

« Hec sunt XV signa quindecim dierum ante diem iudicii que Iheronimus in annalibus libris Iudeorum inuenit »; inc. « *Prima die erigit se mare in altum* » f. 77.

Tetrastichum litteris evanidis, versus secundus inc. « *Hinc abeas ut non habeas dispendia rerum* » f. 77 v.

Lusus satyricus de octo filiabus diaboli; inc. « *Dyabolus octo habuit filias quarum septem maritauit, Symonia datur clericis* » etc. f. 77 v.

Epigramma de moenibus civitatis Wormaciensis conditis a. 1254; inc. « *Mille quater cum bis centum decies quoque quinos* » f. 77 v.

Distichon de civitate trevirensi »; inc. « *Ante romam treueris fuit annis mille ducentis* » f. 77 v.

620. Chart. in f. saec. XVII, fol. 220.

Silva seu excerpta ex auctoribus sacris et profanis, antiquis et recentioribus, de quatuor virtutibus cardinalibus.

621. Membr. in f. saec. XIII, fol. 348; picturis illustratus.

Gratiani decretum, seu concordia discordantium canonum; praeeunt « capitula decretorum », i. e. synopsis causarum XXXVI decreti.

Decreti index metricus; inc. « *Prima pars. - Distinc. sunt centum minus est non sed magis una* » f. 348 v.

622. Membr. in f. saec. XIII, fol. *XXIV* 263.

Glossae et adnotationes de iure canonico, varia manu saec. XIV, foliis *I*, adhibito in compactione codicis, et ultimo.

« B(artholomaei) brixiensis hystorie decretorum »; inc. « *Licet merita scientie* » etc. manu saec. XIV, f. *II*.

« Palee decretorum » (Gratiani) « in distinctionibus »; inc. « *Distinctione V ante capitulum quod incipit Si mulier inserenda est sequens palea* » f. *IX* v. — « Palee decretorum » (in causis); inc. « *Causa prima . questione prima in capitulo quod incipit* » etc. f. *IX* v.

Gratiani « concordia discordantium canonum », i. e. decretum, f. 1. Praeit tabula f. *XVII*.

Lusus satyricus de octo filiabus diaboli (idem qui supra cod. 619 f. 77 v.) insertus f. 24, manu saec. XIV vel XV.

623. Membr. in f. saec. XIV, fol. 365; picturis illustratus.

GRATIANI « concordia discordantium canonum », cum glossa Bartholomaei Brixiensis.

624. Membr. in f. saec. XIII, fol. 335.

GRATIANI « concordia discordantium canonum », cum glossa.

625. Membr. in f. saec. XIII, fol. 242.

Arbores iconographicae consanguinitatis et affinitatis f. 1.

« Paleae » quaedam decretorum, insertae f. 3.

GRATIANI « concordia discordantium canonum » f. 4v.

Arbor consanguinitatis f. 242v.

626. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a* 229.

Argumenta distinctionum causarum et decreti Gratiani, metrice, manu saec. XIV, f. 1v. continuantur f. *a*; inc. « *D. I. Lex naturalis differt a iure forensi* ».

GRATIANI decretum, cum glossa, (initio quaternio desideratur; inter f. 201 et 218 desunt quaterniones duo); glossae aliae varia manu in marginibus, f. 9.

Argumenta causarum et distinctionum decreti eiusdem, metrice; inc. « *Disce quid humanum ius diuinumque uocatur* » f. 229.

627. Chart. insertis aliquot foliis membr. in 8, saec. XV, fol. 202.

Adnotationes synopticae de decreto Gratiani, scriptae annis 1400-1406, f. 1.

« Versus super distinctionibus decretorum » f. 147.

« Versus super causis decretorum quorum duo copulati ad invicem unus deseruit questioni et alter solutioni » f. 148v.

« Casus decreti », i. e. tractatus in Gratiani decretum; inc. « *Tractaturus igitur gratianus de Iure canonico primo incipit a simplicioribus* » f. 155v.

628. Membr. in f. saec. XIII, fol. 238.

« Decretales compilate a GREGORIO PP. IX ».

629. Membr. in f. saec. XIV, fol. 296; picturis insignibus illustratus.

GREGORII IX decretales cum apparatu (Ioannis Andreae) f. 1.

« Mag. Io(ANNIS) DE DEO Yspani commentum arboris de consanguini-

tate et affinitate per compendium uersificatum et per iura probatum » f. 260 v.

Innocentii IV « liber novellarum » cum apparatu Ioannis Andreae f. 262.

« Mag. Garsie apparatus decretalium nouissimarum Gregorii decimi », i. e. decretales Gregorii X cum glossa, f. 274.

Nicolai III constitutio de electione dignitatum: *Cupientes*, cum glossa quae incipit: « *In nomine* (etc.) *Licet ad occurrendum ecclesiarum vacationibus* » f. 286.

630. Membr. in f. saec. XIII, fol. 169.

Gregorii IX decretales cum glossis.

631. Membr. in f. saec. XIV vel XV, fol. 323; picturis illustratus.

Gregorii IX decretales cum apparatu (Ioannis Andreae).

632. Membr. in f. saec. XIV vel XV, fol. *a-b* 260; picturis illustratus.

Gregorii IX decretales cum apparatu (Ioannis Andreae). — Praeeunt, f. *a* v. « Rubricae decretalium per alphabetum ».

Plagula chartacea, manu saec. XV, continens epistolium Nicolai « de Myndelhaym » nuntians ingressum exercitus regis Poloniae in territorium regni Hungariae, in calce codicis.

633. Membr. in f. saec. XIV, fol. 243.

« Dni. Io(annis) An(dreae) commentum super cap. Nobis de iure patronatus », f. 1; initium huius tractatus est f. 2 v.

« Repertorium super materia iuris patronatus »; inc. « *Utrum patronus haereticus possit presentare* » f. 1 v.

Adnotatio brevis de dispensatione f. 2.

« Prophetie examinate et probate a summis philosophis »; inc. « *Si nativitas domini in die solis venerit yemps bona erit* » f. 2.

De scrutinio in electionibus; inc. « *Scrutatoribus igitur sic electis trahant se ad partem* » f. 2.

« Dni. Iohannis An(dreae) commentum super cap. Ex parte de testibus extraneis » f. 2.

« Eiusd. apparatus super arbore consanguineitatis (sic) et affinitatis » f. 3.

Rubricae decretalium Gregorii IX f. 4 v.

Versus de iis quibus restitutio denegatur; inc. « *Hec sunt que faciunt mulier ne restituatur - Si non continuit . si mox probat impedimentum* » f. 4 v.

Gregorii IX decretales cum apparatu (Ioannis Andreae); glossae aliae in marginibus et inter lineas f. 5.

634. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 223; picturis illustratus.

Gregorii IX decretales initio mutilae, cum « glossa ordinaria », praemissa tabula titulorum. Glossae aliae varia manu f. 3, 222 et 223.

635. Membr. in f. saec. XIV, fol. 265; picturis illustratus.

Gregorii IX decretales, cum glossa fere eadem quae in cod. 634. — Praeit, f. 1, tabula titulorum, repetita varia manu; insunt, f. 2 v. adnotationes breves: « Nota consuetud. (in actibus iudicialibus) in Casteleto parum usitatas siue notorias siue non » etc.: — « Nota quod bonum (sic) est consuetudo Francie quod domini temporales ab intestatu succedant » etc.: — « Nota quod anno dni. M . CCC . XLIIII » etc. « pagavi plebano in Steinheim » etc. — Glossae iuris canonici f. 3.

Innocentii IV « nouarum constitutionum » liber, sine glossa, f. 256.

636. Membr. in f. saec. XIV, fol. 129; picturis pulcherrimis illustratus.

Bonifatii VIII sextus decretalium cum apparatu Ioannis Andreae.

637. Membr. in f. saec. XIV, fol. 109.

Bonifatii VIII sextus decretalium cum apparatu Ioannis Andreae. — Praeeunt: Quaestio « numquid episcopus possit conferre beneficium de camera » etc.: — Tabula titulorum, f. 1: — « Quando ualet quod fit per excommunicatum et quando non » etc.: — Brevis adnotatio inc. « *Solutum est Andree famulo per totum mensem martii XIII ind.* » etc. f. 2 v. — Tractatus de successionibus; inc. « *Quia successionum materia tum propter nouitatem iurium* » etc. f. 2.

Annales Siculi a Rogerio rege ad annum 1314; inc. « *Rex Rogerius auus imperatoris Frederici fuit filius comitis Rogerii* » f. 104.

« G(erardi) Sabinensis Episcopi, in Regno Sicilie citra pharum ap. sedis legati constitutiones », a. 1285, f. 105. — In calce: Capitula addita pro iuribus ecclesiae Ravellensis a. 1292 et 1298 f. 106: — Eiusd. « transumptum de suspensione pene constitutionis contra concubinarios », a. 1290, f. 106 v.

Bonifatii VIII constitutio qua revocantur nonnulla acta praedecessoris sui Caelestini V: « *Olim Celestinus pp. V* » dat. 3 Non. Mai a. I f. 106 v. — Eiusd. constitutio qua iubilaeum instituitur saeculare: « *Antiquorum habet fida relatio* » f. 107 v. — Ioannis XXII epistola ad doctores et scholares « Auinioni commorantes »: « *Quoniam nulla iuris sanccio* » dat. k. Nov. a. II f. 107 v.

« Haec sunt condempn. facte per Nobilem et potentem Militem dnm. Andreaxum Marchionem de Caualcabobus hon. potestatem ciuit. Fer. et districtus (etc.) curentibus (sic) annis (etc.) » 1383, fragmentum alia manu, f. 108 et 109.

638. Membr. in 8, saec. XIV vel XV, fol. 121.

« Regule iuris » quae « debent poni in fine huius » i. e. sequentis libri « decretalium »; inc. « *Factum legitime retractari non debet* » f. 1.

« Bonifatii pape VIII liber sextus decretalium », sine glossa, f. 2.

« Constituciones noue edite a dno. Clemente papa quinto » f. 81.

639. Membr. in f. saec. XIV, fol. 84.

« Fratris Alberti breue compendium naturalis philosophie »; fine caret; inc. « *Philosophia diuiditur in tres partes* » f. 1.

Bonifatii VIII liber sextus decretalium, cum apparatu (Ioannis Monachi), f. 2.

640. Membr. in f. saec. XIV, fol. 126; picturis illustratus.

Glossa vel repertorium iuris canonici, initio et fine carens, adhib. in compactione codicis, f. 1.

Bonifatii VIII liber sextus decretalium, cum apparatu Ioannis Andreae, f. 3.

Glossae et quaestiones de iure canonico, varia manu, f. 123v.

Fragmentum Codicis Iustiniani imp. cum glossa, f. 125.

641. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 214.

Tabula codicis f. *a*.

Bonifatii VIII liber sextus decretalium, « sine apparatu », cum nonnullis glossis in marginibus, f. 1.

« De causa possessionis et proprietatis pastoralis adipiscende g. »; inc. « *Nota triplex est iudicium possessorium* » etc. f. 103.

« De expensis faciendis in iudicio post litem contestatam et ante litem »; inc. « ... *semper iudex uictum victori in expens. debet condempnare* » f. 104. In summo margine f. 104v. adscriptum est: « Wil. Du. (i. e. Guilelmus Durandus) in speculo iudiciali ».

« Notabilia bona de hoc quare nomen summi pontificis mutatur in electione et confirmacione cum aliis pluribus bonis notabilibus de incidenti et emergenti ac qualiter nullus extra suam dioc. ultra dicta trahi debeat etc. Quomodo lex diocesana et lex Iurisdictionis differunt » (quaestiones et adnotationes); inc. « *Quare mutatur nomen proprium in primo con(sistorio) quia omnis Xpi. accio nostra debet esse* » f. 106.

« Tancredi Bononiensis summa de ordine iudiciario », scr. anno 1410, f. 108.

642. Membr. in f. scriptus anno 1460, fol. 57; picturis illustratus.
Constitutiones Clementis V, cum « apparatu Iohannis Andree ».

643. Membr. in f. saec. XV, fol. 80.
« Apparatus domini Iohannis Andree super constitutionibus Clementis quinti in concilio vien. », i. e. constitutiones clementinae cum apparatu Io. Andreae. Initio carent.
Adiuratio ad « delendam maculam oculorum », latine et germanice; inc. « *In nomine patris* (etc.) *adiuro te macula per deum altissimum* » f. 79 v.

644. Membr. in f. saec. XV, fol. 84.
Initio codicis fragmentum (duo folia) Pandectarum iuris civilis f. 1.
Constitutiones « clementine (i. e. Clementis V) cum apparatu domini Iohannis Andree » f. 3.
Adnotationes breves de iure canonico f. 84 v.

645. Membr. in 8, saec. XIV vel XV, fol. 190.
Versus de argumentis decretalium; inc. « *Prima fides Consti. Rescriptum consue. postul.* » f. 1.
Adnotatiunculae de iure canonico f. 1 v. et 190.
« Fr. Iohannis de Deo Yspani casus decretalium » f. 2.

646. Membr. in f. saec. XIV vel XV, fol. *a* 56.
Membrana deleticia, adhibita in compactione codicis, in qua acta iudiciaria scripta lingua gallica, manu saec. XV, f. *a*.
« Io(annis) Mo(nachi) apparatus sexti libri decretalium », i. e. Bonifatii VIII sextus decr. cum apparatu Ioannis Monachi.

647. Chart. in f. saec. XV, fol. 329 (f. 329-329 vacua).
« Regule cancellariae plurium summorum pontificum et sessiones seu decreta Concilii Basilensis »:
« Ioannis XXII constitutiones circa curiales et officia eorumdem » f. 2.
Benedicti XII « constituciones » de eod. argumento f. 6.
Gregorii XI « constituciones » de eod. arg. f. 9.
Ioannis XXII, Benedicti XII, Clementis VI, Innocentii VI, Urbani V,

Gregorii XI, Urbani VI, Bonifatii IX, Innocentii VII, Gregorii XII, Alexandri V et Ioannis XXIII « regule date in cancellaria » f. 10 v.

« Prerogatiue concesse magistris universitatis studii parisiensis »; inc. « *Primo dignetur s. v.* » f. 61 v.

Benedicti (XIII antip.) bulla reservationis beneficiorum extra curiam vacantium: *ad regimen ecclesie* f. 66 v.

Eiusd. « declaracio constitucionis: *Ad regimen ecclesie* »: *Dudum ex certis causis* f. 67 v.

Ioannis XXIII constitutio contra pluralitatem beneficiorum obtinentes: *Exsecrabilis* f. 68.

« Iohannis XXII casus extrauagantes » f. 69.

Bonifatii VIII, Benedicti XI, Clementis V et Benedicti XII casus « extravagantes » f. 71 v.

Martini V « constitutio Gebennis edita »: *In apostolice dignitatis*, dat. kal. Dec. a. I, f. 75.

Eiusd. « constitutio contra appellantes ante sententiam a grauaminibus edita Gebennis »: *Quum nouissima*, dat. kal. Sept. a. I, f. 81 v.

Eiusd. constitutio « quod quisque executor ad executiones procedat absque litteris Vidimus prelatorum »: *Q. antidota*, dat. Constantiae pr. kal. Maii a. I, f. 83.

Eiusd. « de symonia » constitutio: *Dampnabile sclus*, dat. Mantuae 8 kal. Dec. a. I, f. 84.

Ioannis XXIII constitutio pro auditoribus rotae: *Rationi congruit*, dat. Bononiae 8 k. Iun. a. I, f. 84 v.

Martini V constitutio de eodem argumento: *Decet pontificem*, dat. Romae 8 kal. Iun. a. XI, f. 85.

« Constitutio pisana pro possessoribus » initio carens et imperfecta f. 85 v.

Martini V « reformaciones curie et officialium eiusdem edite Rome » f. 86.

« Capitula narbonensia » pro extinctione schismatis; inc. « *Capitula sequentia per serenissimum dnm. Regem Romanorum* » f. 99 v.

« Decretum Concilii Constanciensis » quo « irritantur et reuocantur priuaciones et excommunicaciones per Petrum de Luna a certo tempore citra factas » f. 103.

Eiusdem Concilii « sentencia deiectionis Petri de Luna » f. 104 v.

« Decreta Concilii Constanciensis » (sessione XXXIX) f. 105 v.

« Concordata et concessa per sanctissimum Martinum dominum papam V pro reformatione ecclesie anglicane etc. » f. 122 v.

Martini V « regule » (cancellariae) f. 124.

Eiusdem constitutio de « praerogativis » universitatis parisiensis: *Dum in mente*, dat. Rom. k. Apr. a. VII, f. 151 v.

« Eugenii quarti regule » (cancellariae) f. 170.

Ioannis XXII constitutio contra illos « qui plura beneficia possident » (eadem quae f. 68) f. 197.

Benedicti (XIII antip.) « constitucio: *Ad regimen* que est de omnibus ac singulis beneficiis intra romanam curiam vacantibus reservatio » f. 198.

Concilium Basileense usque ad sessionem XXIII inclusive f. 206.

648. Chart. in 4, scriptus anno 1438, fol. *a* 599.

Fragmentum actorum iudicialium latine in auditione testium de quadam lite hereditaria; inc. « ... *et presentialiter comparuisse - Item R.* (i. e. Respondit) *super articulo vicesimo* » etc. f. *a* membranaceo adhibito in compactione codicis.

« Dni. Francisci de Zaborellis (Zabarellis) utriusque iuris doctoris famosissimi super Clementinas », i. e. commentarius in constitutiones Clementis V.

649. Chart. in 4, saec. XV, fol. 295.

Lectiones in ius canonicum (Decretales, Extravagantes Ioannis XXII et Clementinas), inde a tit. XIV libri II Decretalium; inc. « *Cum dilecti - Contumax condemnatur in expensis factis a tempore citacionis emisse* ».

650. Membr. in 4, saec. XIV vel XV, fol. 104.

Bonifatii VIII sextus decretalium cum apparatu Ioannis Andreae f. 1.

« De (e)lectione . Innoc. IIII in conc(ilio) lugdunensi: *Statuimus* (etc.) »; — Glossa in verba (epistolae Clementis IV contra fautores Conradini?): « Fundamenta militantis ecclesie in montibus sanctis propheta rememorans », fine mutila; inc. « *Per montes apostolos et praedicatores* » etc. f. 104 v.

651. Chart. in 4, saec. XV, fol. 399.

« Lectura » in sextum librum decretalium, fine mutila; inc. « *In nomine domini amen lecturus sextum librum decretalium sic duxi breuiter inchoandum* ».

652. Membr. in 4, saec. XIV, fol. *a* 62.

Breves formulae iudiciales f. *a*.

« Bernardi (Circa) prepositi papiensis breuiarium decretalium » (extravagantium); finem quaere f. *a* v. Glossae in marginibus. F. 62 v. tabula imperfecta.

653. Membr. miscellaneus in 4, saec. XIII-XIV, fol. *a-b* 128.

Fragmentum iuris canonici (de electione) in margine exsecti folii f. *a*.

Adnotationes varii argumenti et varia manu, praesertim de particulis graecis « ypo », « Iper », « Anti », « Ana », « dia » in compositione verborum; inc. « *Ypodromus* » f. *b*, — De b. Iacobo; inc. « *Beatus Iacobus missus est ut praedicaret hispanis* » etc., — De « signis XV dierum ante diem iuditii (sic) » ex Hieronymo « in annalibus hebraeorum », — De iure canonico, f. *b* v.

« B(ERNARDI CIRCA) prepositi papiensis breuiarium extrauagantium », imperfectum (pauca desiderantur), manu saec. XIV, f. 1.

Adnotatio « De temptacione diaboli in X^{m}. in Luca . »; — Latercula nominum inscripta: « hii sunt testes de vinea Adelradi »: « Testes de Censu vinee hagenb$\overline{\text{n}}$ »: « Testes de duabus hubis in Virnheim »: « Testes de molendino in Marbach »: « Testes de predio Hermanni in Scarra »; — « Hec contulit nobis Eberhardus de Sulza . In Winsheimersteine . II . Iugera vinearum »; omnia varia manu saec. circ. XIII, f. 65.

« Mag. SYKARDI CREMONENSIS episcopi summa », manu saec. XIII, f. 65 v.

« Continentia Gratiani per singulas distinctiones », (i. e. argumenta decreti), f. 112.

Concordantiae « de praesu(m)ptionibus » f. 113.

« IVONIS KARNOTENSIS (sic) summa concordantiarum canonum »; inc. « *Prometheus in Caucasi montis cacumine religatus* » f. 117 v.

654. Chart. praeter primum folium membr. picturis illustratum, in f. scriptus anno 1460, fol. 452.

« NICOLAI (Siculi) episcopi panormitani lectura super 2^{a} parte et sic super toto 2° libro decretalium ».

655. Chart. in f. saec. XV, fol. *a* 328.

Initium sexti libri decretalium BONIFATII VIII, cum apparatu Ioannis Andreae, f. *a* membr. manu saec. XIV adhib. in comp. codicis.

« Lectura » in decretales, inde a rubrica de Constitutionibus; inc. « *Continuatur hec rubrica posito fundamento fidei* » f. 1.

656. Membr. miscellaneus in f. saec. XIV, fol. 226.

« BERNARDI DORNA summa de libellis et conceptione libellorum et sententiarum » f. 1. — In marginibus glossae et excerpta ex « summa libellorum a dno. Odefredo legum professore ». — « Allegationes et

defensiones Seie uxoris Ticii circa Seium super facto et lamentatione tali » insertae f. 13 (continuantur folio 14r. et 14v.).

Tabula titulorum iuris civilis, a Digestorum l. XXXIX, ad L f. 14.

« Dni. Egidii (de Foscariis bononiensis) doctoris decretorum libellus », (i. e. ordo iudiciarius advocatorum et notariorum secundum usum ecclesiae romanae), ultima folia tantum, f. 15v.

« Damasii brocardica in iure canonico » f. 16v.

« Hic signantur diuerse glose Innocencii infra in margine (duorum sequentium tractactuum) in diversis foliis scripte et transposite » f. 22v.

Expositio decretalium, cum glossis in marginibus; inc. « *Quoniam multa decretalium puncta expositione indigeret* (sic) *ampliore* » etc. f. 23 (cf. f. 22v.).

« Magistri Petri de Sampsona (de Saxonia?) distinctiones » in ius canonicum, cum glossis in marginibus, f. 112 (cf. f. 22v.).

« Damasii summa titularum (sic) extravagantium » f. 159.

« Ordo iudiciarius » in quatuor partes divisus »; inc. « *Assiduis postulationibus me kmi. socii iam dudum inducere studuistis ut ordinis iudiciarii libellum* » etc. f. 175.

« Dni. Hugolini distinctiones » (iuris civilis); inc. « *C. de sacrosanctis ecclesiis . placet . Munerum alia sordida alia honesta* » f. 187.

Quaestiones in decretales; inc. « *De constitutionibus - Queritur an episcopus canonem late sententie condere possit inter subditos suos* » f. 203.

657. Chart. in f. saec. XV, fol. 335.

« Antonii de Butrio doctoris iuris canonici » expositio in secundam partem secundi libri decretalium.

658. Membr. in f. saec. XIV, fol. 104.

« Iohannis summa super decretum » (Gratiani) f. 1.

Tabulae accepti et expensi cuiusdam monasterii, latine et germanice, a. 1342; inc. « *Anno dni . M° . CCC . XLII° . fr. C. primus Recepit a festo Simonis et Iude anni praecedentis usque Georgii subnotata . In primis de Censibus* » etc. f. 104 adhibito in compactione codicis.

659. Chart. in 4, scriptus anno 1466, fol. *a* 422.

Adnotationes breves de delictis, manu saec. XV, f. *a*.

« Lectura Quarti decretalium »; inc. « *D(e) Rubrica circa inicium quarti decretalium de spon. et mat. - Hec rubrica potest continuari duobus modis ad preceden. Primo* » etc. f. 1.

Versus de iure circa nuptias, manu saec. XV; inc. « *Non sunt he vetite laicis aut ulteriores* » f. 422.

660. Chart. praeter folium primum membr. in f. saec. XV, fol. 362; picturis illustratus.

« Nicolai Siculi abbatis episcopi panormitani lectura super primo decretalium ». — Continuatur in duobus codd. sequentibus et in cod. 665.

661. Chart. excepto primo folio membr. in f. saec. XV, fol. 372; picturis illustratus.

« Nicolai Siculi episcopi lectura super prima parte secundi libri decretalium ». — Est continuatio codicis praec.

662. Chart. praeter primum folium membr. in f. saec. XV, fol. 372; picturis illustratus.

« Nicolai Ciculi (l. Siculi) doctoris excellentissimi in monasterio sce. Marie de monachis in Sicilia » « lectura » in tertium librum decretalium. — Est continuatio codd. praec.

663-664. Chartacei, exceptis primis foliis membr. in f. saec. XV.

« Nicolai Sciculi (l. Siculi) episcopi panormitani » tractatus in secundum librum decretalium:

663. fol. 495. — « Lectura » de « prima parte secundi libri decretalium ».

664. fol. 463, scriptus anno 1461. — Lectura de « 2ª parte » « 2ⁱ libri decretalium ».

665. Chart. folio primo membr. excepto in f. saec. XV, fol. 228; picturis illustratus.

« Dni. (Nicolai) abbatis de Scicilia (sic) famosissimi et monarchae iuris canonici doctoris lectura super quinto decretalium ». Pertinet ad seriem codd. 660-662.

666. Chart. praeter primum folium membr. picturis illustratum, in 4, saec. XV, fol. 192.

« Dni. Nicolai abbatis de Cecilia (l. Sicilia) et nunc archiep. panormitani recollectae quarti libri decretalium » f. 1.

Argumenta librorum Veteris et Novi Testamenti, metrice; inc. « *Qui testamenti veteris vult noscere libros - Atque novi legat hic et sua vota feret* » f. 77.

Argumenta et numerus librorum, quaestionum, causarum et distinctionum decretalium, metrice (tabula mnemonica); inc. « *Tempora* . *labuntur* . *vernantibus* . *invida* . *formis* » f. 77.

1 *2* *3* *4* *5* *7* *8* *11* *6* *6*

« Io(ANNIS) AN(DREAE) determinacio (« breuissima ») quarti libri decretalium » f. 81.

« (E)xposiciones terminorum in arbore consanguinitatis positorum sicut Ysodorus (sic) ponit ethymoloiarum (sic) nono et transfert Gracianus XXXV . q . V . primo gradu » f. 85.

Iohannis Andreae tractatus in arborem consanguinitatis et affinitatis, cum glossis, f. 87.

De cognatione spirituali et civili; inc. « *Circa lecturam arboris cognacionis spiritualis iuxta modum et formam tradicionis Egregii doctoris Io(annis) An(dreae) in sua lectura* » etc. f. 98 v. In calce, f. 105, adscripta sunt nomina doctorum iuris: « Contor. (sic) Bu. et Hugo ».

« NICOLAI (SICULI) episcopi panormitani tractatus notularum cum quibusdam allegacionibus super glosis clementinarum » f. 107.

« Libellus exceptionum qui dicitur actor et reus »; inc. « *Quidam litteras impetravit sub tali forma* » etc. f. 167.

De modo iudicandi; inc. « *In iure ciuili uel eciam canonico arguitur tribus modis duobus necessariis s(cilicet) lege et racione 3° probabili s(cilicet) exemplo* » f. 174.

« Breuiarium siue margarita ad omnes vias in iure canonico inveniendas »; inc. « *Verborum superficie penitus resecata de talento credito vobis relinquo socy margaritam* » f. 179 v.

De forma iudicii, praesertim ex Bartolo; inc. « *Hec sunt que frequentantur in Iudicys. Primo offertur libellus reo* » etc. f. 189.

667. Chart. in 4, scriptus anno 1433, fol. 203.

Sententiae ex decreto, ord. alphabetico; inc. « *Aliquis potest ieiunare pro alio et votum alterius adimplere XXIII q. II anime defunctorum* » etc. f. 1.

Quaestiones de collatione beneficiorum, electione et excommunicatione; inc. « *Dubium an collacio* » f. 4 v.

« Forme libellorum cum repetitionibus »; inc. « *(C)irca c. omnis de pe. et re. Nota quod peccatum actuale est quod in penitentia deletur* » f. 5.

« De sortilegiis »; inc. « *Queritur utrum carminatores et carminatrices qui carminauerunt infirmos uel pueros vel animalia peccent mortaliter* » f. 6.

« Nota sacerdos volens digne celebrare », excerptum ex s. Bonaventura, f. 7.

« Nota de orationibus seruandis »; inc. « *In c. de hiis distinctione XII dicitur et cauetur quod clericus tenetur diuinum officium seruare* » f. 7 v.

Adnotatio brevis: « Utrum contrahentibus licitum sit se invicem decipere usque ad dimidiam iusti precii » f. 8.

Adnotatio brevis « ad uidendum an decretales habeant addiciones uel non » f. 8.

Regulae iuris canonici et « argumenta contra »; inc. « *Iuris positivi ignorancia excusat in hiis quae sunt positivi* (etc.) - *Con(tra) Ignorancia non excusare in hiis que sunt iuris positivi ut XVI di. quod dicitis* » etc. f. 8 v.

« Forma bona testamenti »; inc. « *In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat* » etc. f. 19 v.

Sententiae iuris; inc. « *Non dici factum quod non durat factum* » f. 20.

« Lectura quarti », (i. e. quarti libri decretalium); inc. « *Huius libri continuacio ad precedentes colligitur supra in prohemio* » f. 21.

« Nota quod tempore interdicti subscripta sunt prohibita (etc.) »; — « hec subscripta concessa sunt et possunt fieri tempore interdicti (etc.) » f. 193 v.

De irregularitate, suspensione, interdicto et excommunicatione; inc. « *Videndum est de materia irregularitatis suspensionis et interdicti* » f. 194.

Sententiae iuris canonici, ord. alphabetico, f. 198 v. Quaere finem f. 197 v. et 198.

Paginae quatuor tractatus de re grammatica, fragmentum membranaceum adhibitum in compactione codicis, manu saec. XIV vel XV, f. 203.

668. Chart. in 4, saec. XV, fol. 213.

« Nicholai de Anessiaco (sic) de ord. fr. predicatorum casus decretalium f. 1; sequitur, f. 90 v. tabula.

« Io(annis) An(dreae) summa breuissima super quarto decretalium » f. 103.

De urina; inc. « *(U)rina est colamentum sanguinis et est duarum rerum scilicet* » etc. f. 106.

Formulae adhibendae in exordiis « disputationum »; inc. « *In nomine domini amen. Non dubito amplissimi patres quin vestrum plerique mirentur quod ego qui ingenio tantillus* » etc. f. 108.

Prologus « repetitionis » de mutuis habitae coram facultate iuridica; inc. « *Cum autem cuncta sunt facienda in nomine domini* » f. 108 v.

« Repetitio » de homicidio; inc. « *Repetiturus c. prelat. situatum sub ti(tulo) de homici(dio) voluntario vel causali* » etc. f. 109.

« Lectura » in quartum (librum) decretalium; inc. « *In nomine* (etc.) *Prestantissimi domini mei de mandato et iussu uenerabilis* (etc.) *domini Conradi Donemkorf decretorum doctoris ordinarii nostri dignissimi: Ego scolarium minimus lecturus quartum librum decretalium* » etc. f. 115 v.

Index conclusionum de re criminali, secundum ius canonicum, cum « corollariis », f. 117.

De « citatione debite executa », oblata a. 1435 die 22 Sept. a domino Io(anne) N.; — Adnotationes imperfectae de Ioanne N. iudice et subconservatore iurium (etc.) doctorum et scholarium universitatis studii lipcensis (sic) specialiter ad agendum delegato, et de re incerta acta coram domino « Emino (?) » praeposito canonicor. regularium « sci. Thome in Liparck (sic) merseburgensis dyoceseos » f. 118 v.

« Prosecucio gratie », i. e. « modus exequendi gratiam alicui factam super beneficiis ecclesiasticis », (titulus ex initio); inc. « *Sequuntur modus et forma ad exequendam et prosequendam gratiam* » f. 119.

De iudiciis; inc. « *Obmissa* (sic) *igitur continuacione Rubrice Queritur circa istam rubricam de iudiciis breuissime* » etc. f. 126.

« Iohannis Calderini tabula auctoritatum et sententiarum biblie quae in compilationibus decretorum et decretalium inducuntur », ordine litterarum digesta, f. 132.

Orationes tres habitae in quadam universitate; prima inc. « *In nomine etc. Venerabiles patres et domini doctores Magistri baccalary ceterique mihi plurimum honorandi. Cum funiculus triplex* » etc. f. 184.

« Regulae de successione »; inc. « *Si supersunt liberi naturales et legitimi* » etc. f. 192 v.

Tabula cuiusdam tractatus de iure canonico f. 194.

Quaestiones et exempla de successione; inc. « *Capitulum in praesencia de probacionibus. Quidam Arnoldus instituit heredem* » etc. f. 198 v.

« Ex c(apite) ad audienciam de praescripcione »; inc. « *Notant doctores quod census solum debetur ratione conswetudinis* (sic) » etc. f. 219 v.

Ars sermocinandi; inc. « *(A)rs sermocinandi et recollaciones faciendi* » f. 201.

Sententia iudicialis pro iuribus et privilegiis universitatis « lipcensis », dioec. merseburgensis, f. 209 v.

Instrumentum quo Nicolaus de C. clericus, merseburgensis dioecesis, procuratorio nomine, quosdam convenit in iudicium, a. 1440, f. 210 v.

Tabula librorum corporis iuris canonici et civilis f. 211.

Instrumentum quo Mag. « Io(annes) Laut de Lap. clericus worciensis » dioecesis constituit Ioannem « de Losanna » et alios, suos procuratores, confectum in oppido « Lipek (sic) » in monasterio s. Thomae etc. anno 1437, f. 211 v.

« Apellacionis forma extraiudicialis »; inc. « *Cum apellacionis remedium nedum in subsidium* (etc.) *ego a. canonicus* » etc. — Forma appellationis pro episcopis; inc. « *Et nos Iohannes dei gratia episcopus* » etc. f. 212 v. — « Forma declarationis aliquem vel aliquos non incedisse (sic) (in) sententias »; inc. « *Nos N. cantor ecclesie sancte Marie virginis effordensis maguntin. dyocesis* » etc. — « Utrum in sugestione (sic) aut dilectatione aut consensu consistat peccatum », adnotatio, f. 213.

Adnotationes breves de differentia « inter cessationem a solempniis diuinorum et cessationem a diuinis », « De remissione pene et culpe », « De indulgentiis » etc. f. 213 v.

669. Chart. in 8, saec. XV, fol. 203.

Tractatus in constitutiones clementinas; inc. « *De rescriptis de prima - Abbates et maior praelatus* » etc. f. 1.

De contractibus emptionis venditionis et mutui, licitis et illicitis; inc. « *(Q)uoniam circa contractus emptionis et vendicionis nec non mutuorum* » etc. f. 181.

« Pastoralis de causa possessionis et proprietatis »; inc. « *Nota quod duplex est iudicium Petitorium quod est de dominio rei super proprietate et Possessorium quod est triplex* » f. 189 v. — Sequuntur aliae regulae iuris civilis et canonici.

« Casus episcopales » f. 192, et « casus papales » f. 193.

« Modus procedendi in electione futuri pastoris et abbatis monasterii Nouillatensis dioec. Argen. »; inc. « *Sciendum est quod cum electio fuerit celebranda in aliqua ecclesia* » etc. f. 194.

« Interrogatoria infra scripta fiant pro testibus examinandis » etc. f. 196 v.

De conferendo sacramento poenitentiae; inc. « *Presbyter doceat mulierem confitentem ut sedeat* » f. 198 v.

Sententiae breves praesertim ex poetis, philosophis aliisque antiquis scriptoribus f. 199 v.

Index quaestionum iuris canonici; inc. « *An patronus possit seipsum ad beneficium praesentare* » f. 201.

Sententiae morales, ordine alphabetico; inc. « *Abstinentia generat castitatem. Audaces fortuna iuvat* » f. 201 v.

670. Chart. praeter f. 65-88 membr. in f. scriptus anno 1407, fol. 223.

Ioannis Andreae « Novella (i. e. « glossarum compilatio ») primi (libri decretalium) » f. f. 1.

Fragmentum membr. instrumenti pro monialibus monasterii de Fontibus, manu saec. XV, insertum inter f. 216 et 217.

671. Chart. in 8, scriptus anno 1352, fol. 169.

« Magistri Gwilhelmi Duranti speculum iudiciale » f. 1.

Adnotationes de eod. arg. lingua germanica, f. 166.

« Speculum super libros », i. e. tabula capitulorum speculi iudicialis, f. 169.

672. Chart. in 4, saec. XV, fol. 312.

« Dni. Lapi abbatis s. Miniatis cenobii civitatis Castellione prouincie

Sicilie lectura super quatuor decretalium » libros f. 1. — In calce « lecturae » in tertium librum decretalium legitur (f. 208): « recollecte subtilissimi ac famosissimi decretorum doctoris dni. Ncy. (i. e. Nicolai) ab. de Sicilia collecte sub auditorio suo per me Conradum Homery de Maguncia Anno etc. 1430 »; fine « lecturae » in quartum: « script. per me Hubertum de Sarto alias de Leodio ».

« Dni. Bartoli tractatus de falcone » f. 311.

Fragmentum lexici latini, typis impressi saec. XV, f. 312.

673. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 206.

Adnotationes breves de iure canonico f. *a*.

Tabula cod. usque ad f. 134, f. *a* v.

« Reportata quarti libri decretalium », scripta a Guillelmo de Valle clerico (etc.) » f. 1. — Sequuntur, varia manu, « lecturae » in libros decretalium. — F. 181 legitur: « explicit liber primus additionum decret. dni. Io(annis) An(dreae) ». — Insunt, f. 165, « Taxae » solutae ab ecclesiis cathedralibus a mense Decembris a. 1422 ad m. Iunium (a. 1423), « receptae per dnum. Gometium »; inc. « *Primo pro ecclesia oxoniensi tax. fl. M. VIII - fl. XXX.*

674. Membr. usque ad f. 85; deinde partim membr. partim chart. miscellaneus in 8, saec. XV, fol. 271.

« Iohannis Caldarini bonon. tabula auctoritatum et sententiarum biblie inductarum in compilacionibus decretor. et decretalium » f. 1.

« Flores ex libris sacrorum canonum et legum nec non ex libris reuerendorum doctorum » dedic. « Eberardo praeposito ecclesie Hoyern. » (titulus ex praefatione), seu « uocabula tocius iuris canonici (ordine alphabetico) scripta per me Leonardum Kamtinger studentem », f. 86.

Versus de argumentis decretalium; inc. « *Summum constitue rescriptis* » etc. inter lineas declarantur singula verba, f. 234.

Tituli quinque librorum decretalium; sequuntur adnotationes de libris VI decretalium et doctoribus iuris can. tempore Gregorii IX: de « doctoribus famosis XVIII post tempora Gregorii IX »: de decretalibus, et de iure canonico, f. 236.

675. Chart. in 4, saec. XV, fol. 225.

« Mag. Iohannis de Zegobia (Segobia) tractatus de potestate ecclesie et auctoritate generalium conciliorum » f. 1.

« Iohannis Calderini tabula auctoritatum et sententiarum biblie inductarum in compilacionibus decretorum et decretalium quotatarum » f. 127.

676. Chart. in 4, saec. XV, fol. 96.

« De sacrorum Conciliorum universalium auctoritate ac potestate. — Incipit tractatus utilimus (sic) qui uocatur tractatus Conciliorum de unitate uniuersalis ecclesie, Millesimo quadringentesimo tricesimo octauo compositus et recollectus fidelissime »; auctor: « Theologie doctor et magister minimus uniuersitatis Wyenensis (sic) potentissimi ducatus Austrie ciuitatis melitissime (sic) seu opidi Wienensis (etc.) seruus perpetuus orator et filius ac scolaris tempore magni Alberti Illustrissimi principis et ducis Austrie ac Hungarie Bohemie et Romanorum Regis potentissimi seruus et Capellanus », prout in praefatione; inc. « *Auctoritas prerogatiua maioritas preeminencia potestas* » etc. f. 1.

« Libellus de arte moriendi »; inc. « *Cum de presentis exilii miseria mortis transitus* » etc. f. 84.

Oratio de pallio in petitione eiusdem; inc. « *In nomine* (etc.) *Magnum hodierna die pondus allatum video o celeberrimi patres* » f. 94.

677. Chart. in 8, saec. XV, fol. 106.

« Reinheri ord. predicatorum liber hereticorum » f. 1.

« Articuli mgri. Iohannis Wiclef condempnati in Anglia per . XIII . episcopos et XXX . magistros in theologia . in Conuentu frm. predicatorum anno dni. 1380 » f. 41.

« Dni. Petri de ordine celestinorum inquisitoris hereticorum processus » (contra valdenses) f. 43. — Insunt: f. 44, « formae iuramenti de dicenda veritate in officio inquisitionis heretice prauitatis », f. 44 v. « iuramenti expurgacionis » et f. 45 v. « iuramenti abiuracionis secte waldensium hereticorum », lingua germanica; item, f. 46 v. « forma absolutionis hereticorum », f. 47 « processus » adversus Nicolaum et Ioannem de Polonia, Conradum de Saxonia aliosque valdenses, a. 1391.

678. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 105.

« Rufini summa » iuris canonici; inc. « *Varie sunt causae quae impediunt matrimonium contrahendum* » f. 1.

Tractatus in decretales de personis ecclesiasticis; inc. « *Antiquitate et tempore prius est ius forense et humanum quam ius ecclesiasticum et diuinum* » f. 34.

« Speculum (seu de ritibus) ecclesie »; inc. « *De sacramentis ecclesiasticis ut tractarem eorumdemque misticam dulcedinem uobis exponerem uestra rogauit dilectio* » f. 70.

« Regula (sic) iuris » (civilis), cum glossa; inc. « *Pauli liber XVI ad Plautum* (sic in omnibus) *Regula est* » etc. f. 84.

Casus morales cum expositione ex iure canonico; inc. « *Quidam laicus forte quadragenarius commisit incestum* » etc. f. 93.

Tabula quaestionum iuris canonici cum quaestione item iuris canonici; inc. « *Queritur utrum miles possit repetere pignora sua a sacerdote* » f. 98; insunt, f. 99 v. Stemmata de more, consuetudine, iure, lege, etc.

Tractatus de consuetudinibus ecclesiasticis; inc. « *Sciendum quod omnes romane ecclesie consuetudines* » etc. f. 100 v.

679. Chart. in 8, saec. XV, fol. 317; in duas partes divisus.

Pars prior:

« Mag. Hervei (Natalis) ord. fr. predicator. tractatus de iurisdictione ecclesiastice potestatis siue potestate pape » f. 1.

« Dni. fris. Guidonis (Terrena) ord. carmelitarum episcopi elnecensis (Helenensis) tractatus contra errores grecorum » f. 39.

« Bonacursii ord. frm. predicatorum opus », « contra errores Graecorum », « vocatum thesaurus veritatis fidei », f. 54.

« Sci. Thome de Aquino tractatus (contra errores graecorum) ad Urbanum pp. (IV) » f. 91 v.

« Professio fidei catholice facta per (Michaelem) imperatorem grecorum (Gregorio pp. X) et Rogamina super ritu eorum » f. 108 v.

« (Clementis IV) exortacio ad (Michaelem) imperatorem grecorum ut ad fidei unitatem redeat hic consertam »; epistola data Viterbii 4 non. Martias a. III, f. 110.

« Conradi Soltaw (sic) ep. Verdensis collacio facta Rome coram sanctissimo apostolico papa Bonifacio IX anno dni. millesimo cccc ii° pro confirmacione (Roberti romanorum) regis electi » f. 115.

« Tractatus oquā (sic, Ioannis Ockam?) de potestate imperiali »; inc. « *Inferius describuntur allegaciones per plures magistros in sacra pagina approbate per quas ostenditur euidenter quod processus factus et sententia lata in frankfort per dnm. ludwicum quartum dei gra. Romanorum imperatorem* » etc. f. 117 v.

« Sermo de ascensione domini »; inc. « *Iste formosus* (etc.) *ysaye LXIII Venerandi patres doctores et magistri ceterique dni. uniuersi. Quia in hac gaudiosa* (etc.) *solemnitate* » etc. f. 156 v.

Pars altera:

« Nycolai Magni de Yalbor (sic) questio » de suggestionibus diaboli f. 164.

« Tractatus de veneno peccati »; inc. « *Racio veneni potissime convenit peccato prioritate originis* » f. 206.

Tractatus rhetoricus de arte praedicandi; inc. « *(Q)uatuor facies uni Ezech. primo ad hanc artem praedicandi quam intendo* » etc. f. 234.

« Tractatus de oculo morali »; inc. « *(S)i diligenter volumus in lege domini meditari facillime perpendimus ea que pertinent ad visionem et oculum* » f. 243. Sequitur, f. 274, « tabula » ord. alphabetico.

« Fris. GEBENONIS prioris in Eberbath speculum futurorum temporum » ex « sce. Hildegardis scivias, diuinorum operum » et « epistolarum » libris; praefationis titulus est: « Ista dabuntur iudicia ante scisma illud sub quo Episcopi et clerici de locis propriis expellentur » f. 280.

680. Membr. in 4, saec. XV, fol. 190.

« Fris. NYCOLAI EYMERICI ord. pred. sacre theologie magistri Cappellani domini nri. pape etc. in terris domini Regis Aragonie inquisitoris liber inquisicionis » f. 1; sequitur, f. 183, tabula.

« Fris. STEPHANI DE MARCHIA ordinis frm. Minorum articuli » (fidei) f. 190 v.

681. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 246.

Adnotatio, anni 1441, de hoc codice legato universitati heidelbergensi a « Mag. Ioanne de Frankfordia », f. *a*.

Fratris NICOLAI EYMERICI directorium inquisitionis haereticae pravitatis (idem opus quod in cod. 680) f. 1; sequitur, f. 221 v. tabula.

« Fris. STEPHANI DE MARCHIA articuli (fidei) » f. 230 v. — Folia 231-246 vacua.

682. Chart. in 4, saec. XV, fol. 204.

Fratris MARTINI (POLONI) ord. praedicatorum tabula decretorum et decretalium ordine alphabetico; fine caret.

683. Chart. in 4, saec. XV, fol. 261.

« Mag. IOHANNIS FRANCKFURT tractatus de contractibus » f. 1.

« Aureum confessorum memoriale sacerdotum »; inc. « *Cum sit ars arcium regimen animarum* » etc. f. 7 v.

« Mgri. IOHANNIS NYDER sermones de sanctis » f. 24; sequuntur, f. 110 v. tabula sermonum, et f. 111, index rerum ord. alphabetico.

« Sermo de corpore Cristi (sic) » scr. a. 1458; inc. « *Hic est panis* (etc.) *Ioh. 6. In quibus principaliter tria notanda sunt de quibus dicendum* » etc. f. 115 v.

« Fris. B. ord. s. Augustini distinctiones exemplorum Veteris et Novi Testamenti abbreuiate et reducte ad diversas materias secundum ordinem alphabeti » f. 121.

De iis cum quibus Sacra Scriptura docet non esse contendendum, tractatus brevis inscriptus: « Contendendum non est cum sex generibus hominum etc. »; inc. « *1° non est contendendum cum uerboso garriente* » f. 213 v.

« Commentum de quatuor virtutibus cardinalibus »; inc. « *Quatuor virtutum species multorum sapientum sententiis diffinite sunt* » f. 215.

Sermones septem de confessione, de caritate, de b. Maria Virgine (duo), « de virginibus », « de sca. Katherina » et « de sco. Nicolao »; primum inc. « *Confessio est dulcis cantilena domini* » f. 226 v.

« Mag. Nicolai de Dinckelspuchel speculum mundi amatorum » f. 231.

Sermones novem de morte, de caritate et de dedicatione ecclesiae; primus inc. « *Miramur omnes quod orbus exul et hospes construit in terra domos* » etc. f. 249.

Inter folia 243 et 244, 255 et 256, segmenta adhibita in compactione codicis exsecta ex membranis scriptis saec. X.

684. Chart. in 4, saec. XV, fol. 153.

« Egidii Bellimere (sic) » decisiones in ius canonicum; inc. « *Primo Quod monacho habenti administracionem* » f. 1.

« Bertrandi de Arnassana sacri palatii causarum auditoris ordinacio decisionum antiquarum (praecedentium) redacta sub congruis titulis in hoc presenti compendio. Sub anno a nativitate domini M CCCC IIII, XXVI Iunii » f. 133.

685. Chart. in 4, saec. XV, fol. 203.

« Innocentii (VII?) constitutio » edita « Romae apud s. Petrum VIII ydus aprilis pontificatus anno primo »: « *In apostolice sedis speculo licet immeritus* » etc. f. 1 v.

« Forma creacionis Notarii per Comitem palatinum » f. 2. — « Legitimacio super defectu Natalium per Comitem palatinum » f. 2 v. — Instrumentum concessionis in feudum »; — « Super eodem in alia forma et sub sigillo » f. 3. — « Instrumentum confirmaciouis feudi a predecessore concessi » f. 3 v.

« Tractatus testamentorum et codicillorum »; inc. « *Forma testamentorum bona et breuis pro infirmo. - In nomine domini amen anno* » etc. f. 4. — Insunt, f. 6 v. et seqq. « formae » instrumentorum donationis et mancipationis.

« Dni. Rud. Bernardi Flaming. militis legum doctoris et consiliarii dni. Regis Francorum ac dni. Ducis Calabriae et Andagauie oratio ad Cesarem super facto scismatis pro dno. nro. pp. Clemente VII (antipapa) et contra Bartholomeum (de Priniano, i. e. Urbanum VI) intrusum » f. 8 v.

« Regulae cancellarie tradite per dominum Iohannem ppam. XXII, Benedictum XII, Clementem VI, Innocencium VI, Urbanum VI (et) Bonifacium nonum » f. 14.

« Modus procurandi et extrahendi bullas gratiarum »; inc. « *Primo si habes supplicacionem originalem signatam* » f. 35.

« Termini seruandi in pallacio (sic) causarum apostolico »; inc. « *Primo post presentacionem commissionis* » etc. f. 35 v.

De notariis; inc. « *Notariatus est ars scribendi et dictandi* » f. 36.

« Qualiter procedatur in causis in pallacio (sic) apostolico »; inc. « *In nomine* (etc.) *Impetrata commissione et presentata dno. auditori* » f. 37 v.

« Iohannis pp. XXII et dominorum Guidonis de Baysio archidyac. Bonnon. (sic), Bertrandi (de Deaux) episcopi Ebredunensis, Baltrami (Paravicini) epi. Bonnon. (sic) et Ioannis de Iameus Eluen. episcopi et Gauffridi episcopi Cabilon. constitutiones audientie contradictarum que antique nunc vocantur, nec non d. Petri electi confirmati ecclesie Viuariensis nouae constituciones »; sequitur: « Ad impetrandum in audiencia contradictarum », f. 41.

Versus de mensibus; inc. « *Pocula Ianus amat sed februus algeo clamat* » f. 57 v.

« De minori iusticia conquestus », « forma conseruatorii »; epistolae duae Bonifatii VIII, datae Romae XVI k. Iun. et IV k. Maii a. 7, in exemplum allatae; prior: « *Conquestus est* », altera: « *Iustis et honestis supplicibus votis* » f. 58.

Martini pp. V « decreta » et regulae cancellariae de reformatione, i. e. « de numero et qualitate cardinalium », « de prouisionibus ecclesiarum monasteriorum prioratuum dignitatum et aliorum beneficiorum », « de annatis », « de causis tractandis in Romana Curia uel non », « de exempcionibus », « de comendis (sic) », « de fructibus medii temporis », « de non alienandis et alienatis rebus ecclesiasticis », « de simoniacis », « de dispensacionibus », « circa beneficia incompatibilia obtinentes », « de prouisionibus pape et cardinalium », « de indulgenciis », « de decimis et aliis oneribus » f. 60.

« Auisamenta nationis germanice super articulis iuxta decretum concilii reformandis exhibenda dno. nro. Sanctissimo (i. e. Martino V) »; inc. « *Super primo uidetur dicte nacioni quod* » etc. f. 66.

« Ordo terminorum seruandorum in causa beneficiali » aliisque iudiciis; inc. « *Primo presentatur commissio* » f. 70.

Edictum Luciferi (satyra); inc. « *Lucifer princeps tenebrarum* » f. 91.

Epistolae et constitutiones Gregorii XII: « *Ad romani pontificis* » dat. Avin. id. Nov. a. 3, — Benedicti XII: « *A regimine ecclie.* » dat. Avin. III id. Ian. a. 1, f. 94, — Urbani V: « *Quia sicud* (sic) *displicenter* » dat. Romae IV id. Dec. a. 6, f. 94 v. — Bonifatii IX: « *Dudum siquidem* » dat. Rom. V id. Nov. a. 1, f. 95, — Bonifatii VIII: « *Excommunicamus et anathematisamus* (sic) », — Eiusd.: « *Unam sanctam* » f. 95 v. (iterum f. 96 v.), — Eiusd.: « *Antiquorum habet fida relatio* » dat. Rom. XIV kal. Mart. a. 6, f. 97, — Eiusd.: « *Ex eo quod quedam* » f. 97 v. — Clementis V: « *Quos olim* »

f. 97 v. — Urbani VI: « *Dudum videlicet* » dat. Romae III non. Nov. (?) a. 2, f. 97 v.

Formulae supplicationum in cancellaria apostolica. Prima inscribitur: « Supplicacio simplex ad collacionem epi. prepositi » etc. f. 99.

Commentarium in Clementinas imperfectum f. 111. — Inserta est, f. 188, scheda in qua excerptum ex Bonifatii IX Regulis Cancellariae.

« Mag. Iohannis Kemp conclusiones de appellationibus presentate Rome », die 17 m. Iulii a. 1396, f. 204.

686. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 223.

Tabula codicis, manu saec. XVI vel XVII, f. *a*.

« Mgri. Henrici de Odendorff lectura super capite Omnes utriusque sexus » f. 1.

« Eiusd. lectura arboris consanguinitatis et affinitatis » f. 58.

« Iohannis Andree compendium quarti libri decretalium » f. 68.

« Eiusd. apparatus super arbore consanguinitatis et affinitatis » f. 72.

Iohannis Galeatii ducis Mediolani epistola apologetica qua testatur « se innocentem et mundum esse a societate criminis » contra vitam Roberti regis romanorum, a. 1402, f. 76. — Roberti regis epistola ad priores artium et ad vexilliferum iustitiae populi florentini de eodem attentatu, a. 1402, f. 76 v.

« Iudiciarius secundum ordinem et processum iudicialem cum omnibus attinentiis »; inc. « *In nom.* (etc.) *Circa processum iudiciarium in causis delegatis subdelegatis et ordinariis* » f. 77.

« Tabula iuris canonici secundum ordinem alphabeti »; inc. « *Abbas debet in instanti esse vel fieri sacerdos* » f. 113.

« Flos decretorum »; inc. « *Quoniam inter cetera quae utilia* » etc. f. 187.

« Dni. Iohannis Reuteri repeticio Intelleximus in c. de iudiciis » f. 200 v. — « Repeticio c. Naviganti de usuris « f. 202 v.

« Tractatus de permutacionibus beneficiorum »; inc. « *Quia circa materiam permutationum plurimorum dubia* » etc. f. 206.

« Questio de permutacionibus reseruat. beneficiis »; inc. « *An permutatio facta per ordinarium de beneficiis reseruatis valeat . An permutacio facta per legatum* » etc. f. 214 v.

« Angeli de Castellione repeticio breuis super impetracione aliorum beneficiorum » f. 215 v.

« Iohannis Andree De sponsalibus matrimonialibus permutat. » f. 216 v.

« Iudex secularis non habet clericum condempnare »; inc. « *Nullus casus iudex secularis* » etc. f. 220.

687. Membr. in 8, saec. XV, fol. 130; picturis illustratus.

« Egidii (de Foscariis) ordo iudiciarius editus secundum consuetudinem bononiensem in foro ecclesiastico approbatam » f. 1.

Formulae citationum et libellorum; inc. « *Prior sci. iuliani parisiensis unicus iudex a dno. pp. delegatus* » etc. f. 64.

« Mag. Bartholomei Brixiensis questiones » « dominicales et venales » de iure canonico f. 66.

Adnotatio brevis de partitione decretorum f. 130v.

688. Chart. in 8, saec. XV, fol. *a* 186.

« Tituli voluminis huius », i. e. tabula codicis, f. *a*.

« Dni. Mariani Zozini (Socini) » tractatus in decretalem De multa providentia f. 1.

« Nicolai de Tudist. (i. e. Tudesco) de Sicilia » repetitio capitis « Per tuas », facta « in celeberrimo studio bononien. anno 1432 10 Maii », f. 109.

Pauli pp. II regulae Cancellariae f. 155.

689. Membr. miscellaneus in 8, saec. XIV, fol. *a-b* 94; singulae paginae numeratae, i. e. 188.

Computus astronomicus, adscriptis annis 1332-5, 1338 et mensibus Hebraeorum; mutilus, f. *a*v.

Sententiae morales ex Ecclesiastico; — Adnotatio de pretio codicis f. *b*.

« Egydii (de Foscariis) ordo iudiciarius editus secundum consuetudinem bononie in foro ecclesiastico » pag. 1.

« Iacobi de Bald(uinis?) egregium opus » (artis notariae pag. 97, et) « Summula de libellis formandis super qualibet actione » pag. 109.

« Diversorum explanacio vocabulorum de libro codicis et digesti sub compendio collectorum »; inc. « *(E)xactis a romana ciuitate regibus constituti sunt duo consules* » pag. 138; interrumpitur pag. 144; facile eiusdem tractatus pars sunt paginae 165-173, quarum ultima imperfecta.

« Bonigwidonis (Bonaguidae) de Aretio » tractatus « de dispensatione episcoporum » et abbatuum, « de priuilegiis episcoporum » et de casibus in quibus « dns pp. dispensat » (titulus ex praefatione), pag. 145.

De significatione verborum iuris; inc. « *Iudices sunt qui ex propria iurisdictione aut delegata ius habent* » pag. 153.

De gradibus cognationis; inc. « *Tycius habet legittimam uxorem tyciam viuentem* » pag. 163.

Compendium iuris canonici (folium ultimum mutilum); inc. « *Verborum superfluitate penitus resecata* » etc. pag. 175.

690. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a-b* 174.

« Versus tempore interdicti »; inc. « *Si seruare cupis interdicti bene formam* » f. *a* v.

« Martiniani (i. e. MARTINI POLONI) summa » iuris canonici f. 1; sequitur index ordine alphabetico.

« Septem sunt species luxurie », brevis adnotatio, f. 164 v.

« Quomodo peccatores recipiendi sunt ad penitentiam »; inc. « *Nota quod Iohannes damascenus* »; sequuntur adnotationes et excerpta ex Hugone de s. Victore et Bernardo de peccatis; item « bona regula » vitae, de vita sacerdotum, de sacerdotibus digne celebrantibus, de novissima die, et Sibyllae « teberianae (sic) » sententiae, f. 169 v.

« Vocabularius (latine et germanice) secundum ordinem alphabeti » f. 174.

691. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 256.

Adnotatiunculae de iure canonico f. *a*.

MONALDI (Iustinopolitani ord. fr. minorum) summa iuris canonici f. 1.

« BARTOLI de insigniis et armis » f. 252 v.

692. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a* 420.

Brevis adnotatio de « Hugone », (Bartholomaeo?) Brixiensi et « Reymundo » de (Pennaforti), manu saec. XV; — Brevis tabula codicis, manu saec. XVII, f. *a*.

« BARTOLOMAEI PYSANI (i. e. DE SANCTO CONCORDIO) summa » f. 1; sequitur, f. 406, « Registrum », i. e. tabula ord. alphabetico.

« Principis regionis iehennalis ecclesiarum prelatis et clericis uniuersis » epistola (satyra); inc. « *Superhabundamus gaudio kmi. in operibus vestris* » f. 411. — « Pape rescriptum excusatorium ad dyabolum »; inc. « *Magnus mundi monarcha Xpiticularum Calipha Veelzebub* » f. 411 v. — « Epistola » (satyrica); inc. « *Gallis germanis gottis scotis dacianis ungaris hispanis et ceteris ultramontanis, causa studiorum in domo predicatorum simul adunatis prophetis fame dolatis Pauper p.* (sic in omnibus) » etc. f. 414 v.

IOANNIS REUCHLIN epistola ad Alexandrum pp. VI pro Philippo Bavariae duce palatino, 6 id. Sextil. a. 1498, manu saec. XV vel XVI; manus alia fere coeava adnotavit: « Suspectissimus orator contra integerrimos patres etc. » f. 415.

693. Chart. in 4, saec. XV, fol. 177.

« Summa que dicitur rudium »; inc. « *Quia varia dicta sanctorum et contradictorie opiniones* » etc. f. 1.

« Aliqua de passione Xpi. recepta ex collect. Walthausser »; inc.

« *Expedit uobis ut unus moriatur* (etc.) *Ioh. 2. Quando Saluator noster lazarum mortuum* » etc. f. 48.

Ioannis (Werdenberg) Augustensis episcopi statuta synodalia, a. 1469, f. 109, praemissa, f. 108, tabula capitulorum.

« Tractatus de causu (l. casu) hominis et reparacione eiusdem »; inc. « *Postquam supprema* (sic) *sapientia ea que in ipsa erant vita in lucem produxit temporalem* » f. 120.

694. Chart. in 4, saec. XV, fol. 182.

Bartholomaei Pisani (i. e. de sancto Concordio) summa, scr. a. 1384, f. 1; in calce (f. 172) subiunguntur quaedam inscitia librarii omissa.

« Tytuli decretalium » f. 173. — « Registrum tytulorum legalium veteris et novi Digesti, Codicis, Autentice et Institute secundum ordinem alphabeti » f. 174.

De indulgentiis et de auctoritate eas concedendi; inc. « *Nota indulgentia est auctorisalis* (sic) *concessio remissibilis pene peccati ex clauium potestate procedens* », tractatus fine mutilus, f. 182 v.

695. Membr. in 4, saec. XIV vel XV, fol. *a* 309.

Breves « explanationes (sequentis) summule » f. *a*.

« Fratris Monaldi summa de iure canonico secundum ordinem alphabeti ».

696. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 116.

« Bern(ardi) Papi(ensis) breuiarium ex(travagantium) », cum glossis. In margine f. 1 adnotatur, manu saec. XVI vel XVII: « M. Pauli Florentini (i. e. Attavantis) breuiarium »; minus recte.

697. Membr. in 8, scriptus anno 1470, fol. 396; picturis illustratus.

« De penis purgatorii », adnotatio manu saec. XV; inc. « *Q. ignis purgatorii est ignis corporalis* » p. 361.

*729. Codex redditus a. 1815 bibliothecae Universitatis Heidelbergensis; v. Wilkenium (p 295).

730. Chart. in f. scriptus annis 1506 et 1507, fol. 161.

« Ioannis Tritemii abbatis spanhemensis (sic) ac postea sancti Iacobi herbipolensis liber epistolarum spanheimensium ultimus scriptus manu eius propria et completus anno christianorum Mill. D. VI Decembris XXVIII die » f. 1.

Eiusdem « liber epistolarum herbipolensium primus scriptus manu eius propria et completus XVI die mensis octobris » a. 1507, f. 96.

731. Membr. in f. saec. XIV, fol. 320; picturis illustratus.

Digestum vetus, (i. e. Pandectarum pars prima a lib. I ad XXIV tit. 2), cum apparatu, i. e. glossa quae inc. « *Imperator quia imperat subditis sic dicitur* »; glossae aliae varia manu. — Praeeunt, f. 1v. « Rubrice tocius ff. veteris ».

Adnotationes iuridicae varia manu saec. XIV et XV, et de codice empto a « Cosma de Veronisiis de Sicilia » a. 1339 (cf. f. 320) f. 319v.

Fragmentum Codicis Iustiniani imp. manu saec. XIII, cum glossis, adhibitum in compact. codicis, f. 320.

732. Membr. in f. saec. XIV, fol. 289.

Digestum vetus, cum eadem glossa. Codex initio et fine mutilus; inc. a § Qui in adoptionem tituli 7 libri I; clauditur § Mulier bona sua tit. 3 libri XXIII. In marginibus glossae aliae varia manu.

In calce codicis, fragmentum in 4, manu saec. XV, expositionis in Pandectas, praesertim in lib. XIX tit. 1, De actionibus empti et venditi, f. 288 et 289 chart.

733. Membr. in f. saec. XIV, fol. 361; picturis illustratus.

Digestum vetus, cum eadem glossa. In marginibus et f. 360 glossae aliae varia manu.

Index titulorum, ordine alphabetico, f. 360v.

« Rubrice digesti veteris » f. 361.

Adnotationes anonymi possessoris codicis de filiis natis a. 1390, 1391, 1392 et 1393; item alia varia manu possessorum saec. XIV et XV, f. 361 v.

734. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a* 342; picturis illustratus.

Digestum vetus, cum eadem glossa. — Praeit, f. *a*, index titulorum ordine alph. Toto codice in marginibus, et f. 342, glossae et adnotationes varia manu.

735. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 286.

Fragmentum Codicis Iustiniani imp. f. 1 adhibito in compactione libri.

Digestum vetus, cum eadem glossa, f. 2. — Toto codice glossae aliae in marginibus varia manu.

Fragmentum libri I Decretalium Gregorii IX f. 286 adhib. in compactione codicis.

736. Membr. in f. saec. XIV, fol. 330; initiales litterae depictae forficibus ablatae.

Digestum vetus, cum eadem glossa; pauca desunt in fine. Glossae in marginibus aliae varia manu.

737. Membr. in f. saec. XIII, fol. 178.

Digestum vetus, cum brevi glossa; ultimus liber fine carens pertingit ad tit. I fr.: Papinianus recte reputabat. Initio et fine codicis folia plurima corrupta.

738. Membr. in f. saec. XIV, fol. 247.

Digestum vetus, cum glossa eadem quae in codd. 731 et seqq. Breves glossae aliae varia manu in marginibus.

739. Membr. in f. saec. XIV, fol. 330.

Digestum vetus, cum glossa eadem fere quae in cod. praec.

740. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 169.

Digestum vetus, cum eadem glossa, fine mutilum, usque ad leg. 6, lib. XVII tit. 1. — Folia 3, 4, 15-34 chartacea sine scriptura.

741. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 160.

Digestum vetus, cum glossa, initio mutilum; inc. a lib. III, tit. 4, fr. 2.

742. Membr. in f. saec. XIV, fol. 260; picturis illustratus.

INFORTIATUM, (i. e. Pandectarum pars secunda a tit. 3 lib. XXIV usque ad lib. XXXVIII), cum apparatu seu glossa quae inc. « *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur s. de iure dotium* ».

Tabula titulorum f. 258 v.

« Rubrice inforciati », ord. alphabetico; — Versus de mensibus; inc. « *Ianuarius - Iam prima dies sic tenebit* », varia manu, f. 260.

Glossae breves, varia manu, de testamentis et de poenis iudiciali et arbitraria, f. 258 et 260 v.

743. Membr. in f. saec. XIV, fol. 244.

INFORTIATUM, cum glossa fere eadem, fine mutilum, usque ad leg. 6: *Si emancipatus filius* tit. 4 lib. XXXII. Glossae aliae in marginibus varia manu.

744. Membr. in f. saec. XIV, fol. 229; picturis illustratus.

INFORTIATUM, cum glossa ead. quae in cod. praec. Breves glossae aliae varia manu in marginibus.

Tabula titulorum f. 229.

Fragmentum glossae in leg. 2 Codicis Iustiniani imp. lib. I, tit. 17, f. 229 v.

745. Membr. in f. saec. XIV, fol. 229.

INFORTIATUM, cum glossa fere eadem, f. 4. In marginibus breves glossae aliae varia manu. — Praeeunt, f. 1, adnotationes de codice empto Paduae a. 1457 « precio ducatorum XXIX », et iuridicae in glossas suprascriptas.

Tabula titulorum f. 229.

746. Membr. in f. saec. XIII, fol. *a-c* 232.

INFORTIATUM, cum glossa fere eadem. Breves glossae aliae varia manu in marginibus. — Praeeunt, f. *a*, varia manu saec. XIV, adnotatio de iure civili etc.: — Feriale pene deletum: — f. *b* (chart.) Tabula titulorum Infortiati, manu saec. XV: — f. *c* Sententiae breves e iure civili et Sacra Scriptura, manu saec. XIV. — Adnotatio de pecunia mutuo data.

« De impedimento voti » et « qua aetate possit votum sollempnizari, manu saec. XIV, f. 230. — Fragmentum diplomatis pontificii collationis cuiusdam beneficii factae « . . de Sicu . . . lla » canonico lingonensi, manu saec. XV, f. 231 v.

747. Membr. in f. saec. XIV, fol. 227; picturis illustratus.

DIGESTUM NOVUM, (i. e. Pandectarum pars tertia a lib. XXXIX ad L), cum glossa quae inc. « *De operis noui nunciatione. Sed cum . VII . sint patres* » etc. In marginibus glossae aliae varia manu.

748. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 190.

Digestum novum, cum brevi glossa. Item breves glossae aliae in marginibus varia manu.

749. Membr. in f. saec. XIV, fol. 329.

Digestum novum, cum apparatu, i. e. glossa eadem quae in cod. 747. Praeeunt, f. 1, « Rubrice » (ord. alphab.) et, f. 2 v. tabula titulorum.

750. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 179.

Digestum novum, cum glossa fere eadem quae in cod. praec. initio mutilum; inc. a leg. 2, lib. XXXIX, tit. III.

S. « Bernardi doctoris epistola (de re familiari gubernanda) ad Raymundum gloriosum militem et dominum castri Ambroxii » f. 178 v.

Tabula doctrinae iuris civilis ex digesto; inc. « *Quot modis dic(itur) iustitia* » (fine fere deleta) f. 178 v.

Adnotationes variae pene deletae et versus lingua vulgari provinciali et italica, manu saec. XIV, f. 179.

751. Membr. in f. saec. XIII et XIV, fol. 254.

Digestum novum, cum glossa eadem quae in cod. 749, manu saec. XIII. Breves glossae aliae varia manu f. 9.

Leges aliquot digesti « repetite et collecte »; adscripta nomina glossatorum: « M. Sy., Dynus de Muxello, Od., M. Sul., Nicholaus de Matr. (Matarellis?), M. Ny., Ia(cobus) de Beluiso, Petrus de Bellapertica » f. 1-8, 245-254. — Tabula harum legum fere deleta legitur f. 1 in calce.

752. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 199.

Digestum novum, cum eadem glossa (manu saec. XIV), initio mutilum; incipit a leg. 44, lib. XXXIX, tit. 2. Toto codice glossae aliae et adnotationes varia manu.

Adnotationes variae de iure civili; de « estagio et absenciis » anonymi cuiusdam; de filio « dni. Alberti » nato a. 1392, f. 198 v.

Adnotatio de decimis quas « Spinabellus hab(et) in Trignano », manu saec. XIV, f. 199.

753. Membr. in f. saec. XIII, fol. *a-b* 216.

Digestum novum cum eadem glossa. Praeit f. *a-b* tabula titulorum. Toto codice in marginibus glossae alia manu.

Consuetudines feudorum (pagina tantum, reliqua desunt); —

« Ad extrahendum quadrellum de carnibus vel osse alicuius » (exorcismus), f. 215 v.

Sententiae etc. varia manu saec. XIV, lingua latina et vulgari italica, i. e.: Adnotationes: « *Ait Fabricius de Lambertaciis bononiensis: homo no prixe anchora* » etc.: — « X praecepta dei »: — Regiones civitatis Mediolanensis et in unaquaque numerus domorum: — Carmen lingua vulgari italica; inc. « *O gentile madona pietate da audire le pene e lo martire che per uu sento* »: — Exorcismi et praecepta medicinalia; inc. « *Si quis habet male de fianco est hec experta oratio* »; — « Soneti (sic) » lingua italica vulgari; inc. « *Arbor che fruto porta senza flore* »: — Definitiones rhetoricae; inc. « *Definitio sic describitur* » f. 216.

Excerpta ex legibus Langobardorum et Francorum (Karoli magni, Othonis, Pippini, Lotharii, Conradi); — « Sibilla ait » (dodecastichum); inc. « *Gallorum leuitas Germanos iustificabit* »; — « Philosofus (sic) in libro diffinitionum » (excerpta); inc. « *Mulier est hominis confusio insaciabilis bestia* » etc.; — Breve chronicon mediolanense, placentinum etc. ab a. 1307 ad a. 1311 (in marginibus); — Sententiae morales breves lingua vulgari italica; inc. « *Lo homo non cognosse piennamente lo bene se non sustene in prima male* »; — De Urbe, epigramma: « *Roma uetus ueteres dum te rexere quirites* » etc. — Omnia manu varia saec. XIV, f. 216 v.

754. Membr. in f. saec. XIII, fol. 209.

Digestum novum cum glossa fere eadem; folia 1-15 suppleta manu saec. XIV vel XV. Glossae aliae varia manu toto codice.

« Oratio sancti Astini (l. Augustini) ad sapientiam postulandam; — Adnotationes breves de iure civili et « super eo quod queritur an instrumentum quod prima facie aparet (sic) a publica manu confectum probet » f. 209.

755. Membr. in f. saec. XIII, fol. 78.

Digestum novum usque ad lib. XLVIII, tit. 18 initio. Reliqua desiderantur. Glossae in marginibus varia manu.

756. Membr. in f. saec. XIV, fol. 186.

Digestum novum, cum brevi glossa.

Fragmenta Institutionum Iustiniani imp. tit. 17 lib. II, cum glossis, f. 185, 186.

757. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a-e* 234; picturis illustratus.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum glossa eadem fere quae in

cod. 759. Glossae aliae toto cod. varia manu. — Praeeunt f. *a*, *b* chartaceis, index rerum ordine alphabetico: — f. *c* Tabula titulorum: — f. *d* Ead. tabula imperfecta: — f. *e* Ad conficiendum atramentum, lingua italica; inc. « *Toy iij mece de uino* » etc.: — Adnotationes de iure civili.

758. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 271.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum eadem fere glossa, initio et fine carentis, a tit. 8 libri I ad leg. 9, tit. 49 lib. IX. In marginibus glossae aliae varia manu.

759. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a* 212; picturis illustratus.

Adnotationes de iure civili f. *a*.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum « apparatu a domino Accurssu (sic) compilato fideliter ». Glossae aliquot varia manu in marginibus. Tabula titulorum f. 211.

760. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a-b* 311.

Fragmentum Codicis Iustiniani imp. f. *a*.

Adnotatio de cod. empto pretio ducatorum aureorum XII a. 1453 Patavii f. *a*.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum glossa eadem quae in cod. praec. Item glossae aliae varia manu. Tabula fere deleta f. 311.

761. Membr. in f. scriptus anno 1255, fol. 287.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum brevi glossa. Initio et fine folia lacera et mutila. Toto codice glossae aliae varia manu.

762. Membr. in f. saec. XIII, fol. 227.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum eadem fere glossa quae in cod. 759, f. 3. In calce carmen; inc. « *Istic est suus codicis - Qui instrumentum iudicis - Est sicut mucro militis* ». Toto codice glossae aliae varia manu.

Fragmenta Codicis Iustiniani imp. sine glossa f. 226 et 227.

763. Membr. in f. saec. XIV, fol. 146.

Codicis Iustiniani imp. libri IX, cum brevi glossa. Sequitur, f. 145, tabula manu saec. XV. Toto cod. glossae aliae varia manu.

Fragmentum actorum litis iudicialis in causa possessoria, lingua gallica, manu saec. XIV, adhibitum in compactione codicis, f. 146 v.

764. Membr. in f. saec. XIII, fol. 94.

Codex Iustiniani imp. cum brevi glossa, initio et fine mutilus, a tit. 41 lib. IV ad tit. 34 lib. VIII.

765. Membr. in f. saec. XIV, fol. *a* 301; picturis illustratus.

« Rubricae Codicis (Iustiniani imp.) » librorum X, XI et XII, f. *a*.

Institutionum Iustiniani imp. libri quatuor f. 1.

Codicis Iustiniani imp. libri X, XI et XII f. 79.

Authenticae seu Novellae Constitutiones f. 149.

(Friderici II) « Consuetudines usuum feudorum »; in calce subiungitur: « De statutis et consuetudinibus contra libertatem ecclesie editis » (tollendis, Friderici II constitutio) f. 274.

766. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. *a* 273.

Adnotationes philosophicae et iuridicae varia manu f. *a*.

Legislatores et Romanorum imperatores usque ad Henricum IV; inc. « *Moyses gentis ebree, primus legem tulit diuinam et sacris litteris explicauit* » f. *a*.

Tabula titulorum Institutionum f. *a* v.

Institutiones Iustiniani imp. f. *a* v.

« Hec sunt pretorie actiones que in istis XIIII ordinibus sunt notate » f. 63. — « Hec sunt civiles actiones; sunt XVIII circuli » f. 64.

Authenticae seu Novellae Constitutiones f. 65.

Codicis Iustiniani imp. libri X, XI et XII f. 188 v.

« Constitutiones Friderici (II) »: I De feudis non alienandis (Cons. feud. tit. 55 lib. II): II De pace componenda (Cons. feud. tit. 53 lib. II): III De statutis et consuetudinibus contra ecclesiae libertatem abrogandis f. 249.

« Tituli Autenticorum » f. 250.

« Rubrice usus feudorum » f. 250.

Consuetudines feudorum; Rubrica ultima inscripta: « De noua fidelitatis » (forma), imperfecta, f. 251.

Totus codex cum glossa; item glossae aliae varia manu.

767. Membr. (praeter folia *b-d* chart.) in f. saec. XIV, fol. *a-d* 288; picturis illustratus.

Tabula titulorum Institutionum Iustiniani imp. f. *a* v.

« Tituli institutionum » ord. alphabetico f. *b*.

« Rubrice Autenticorum » ord. alphabetico f. *b* v.

« Tituli trium librorum C(odicis, i. e. X, XI et XII) » ord. alph. f. *c*.

« Rubrice feudorum » ord. alph. f. *d* v.

Institutiones Iustiniani imp. f. 1. — In calce: « De raptu uirginum vel uiduarum », i. e. Codicis Iustinianei lib. IX tit. 13, f. 78 v.

Authenticae seu Novellae Constitutiones f. 80. Praeit, f. 79 v. tabula titulorum.

« Consuetudines feudorum » f. 207; sequitur constitutio Friderici (I) imp. mutila.

Codicis Iustiniani imp. libri X, XI et XII f. 227; praemissa est, f. 226 v. tabula titulorum.

Totus codex cum glossa.

768. Membr. in f. saec. XIV, fol. 68.

Institutiones Iustiniani imp. cum glossa.

769. Membr. in f. saec. XIII, fol. *a* 59.

Fragmentum glossarum de iure civili f. *a*.

« Boa.... magistri versus », i. e. sententiae iuris, metrice; inc. « *Arrogo qui suus est sed habet meus esse* » f. *a* v.

Institutiones Iustiniani imp. sine glossa, f. 1. Sequitur tabula titulorum.

« Mag. Arnulphi canonici par(isiensis) summa que appellatur Ut nos minores super processu ordinis iudiciarii », imperfecta, f. 58 v.

Carmen de beata Virgine; inc. « *Est tua let(i)tia simplex virgo Maria* » f. 59 v.

« Ad effugiendum morbum caducum primo infirmus confiteatur peccata sua » etc. f. 59 v.

770. Membr. in f. saec. XV, fol. 310; picturis illustratus.

Institutiones Iustiniani imp. sine glossa f. 1. Sequitur, f. 204, tabula titulorum.

Argumenta Institutionum, metrice; inc. « *Iusti. et iure. Ius. natu. Iure persona* » f. 204 v.

« Regule Iuris » (canonici); inc. « *Iohannes Crisostomus. Omnis res per quascumque causas nascitur* » etc. imperfectae, f. 206.

« Regule Iuris » canonici; inc. « *Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institucione canonica obtineri* » f. 207 v.

De regulis iuris civilis, (i. e. Pandectarum lib. L, tit. 16); inc. « *Regula est que rem que est breuiter enarrat* » f. 212.

De significatione verborum in iure civili; inc. « *Verbum hoc si quis tam masculos quam feminas complectitur* » f. 226.

« Consuetudines feudales » f. 252; sequitur: « De statutis et consuetudinibus contra libertatem ecclesie editis » (abrogandis, constitutio Friderici II).

771. Membr. in 8, saec. XII, fol. 92.

INSTITUTIONES IUSTINIANI imp.

772. Membr. in f. saec. XII, fol. *a-b* 93.

Fragmenta Pandectarum iuris civilis f. *a*, *b*, et 92, 93 adhibitis in compactione codicis.

« Legis longobardorum » libri tres, cum glossa inter lineas et in marginibus, f. 1.

LOTHARII imp. « lex edictalis » de feudis non alienandis (i. e. Consuetudinum feudorum lib. II tit. 52 § 1) f. 83 v.

FRIDERICI II imp. constitutio de feudis non alienandis (lib. II Cons. feud. tit. 55) f. 84.

Tractatus inscriptus: « instrumentum iuris »; inc. « *Cum inter cetera intuendi genera solam cupiditatem scribendi optimam esse intuendi rationem existimare* » etc. f. 85 v.

Glossa in titulum de successionibus: Omnis parentela; inc. « *Omnis parentela* (etc.) *hic liber semper fuit est et erit inter causidicos contentio. Set haec principaliter inter baiargadum et bonfilium fuit intentio* » f. 90.

Excerpta ex Pandectis f. 91.

Breve chronicon de rebus gestis Florentinorum varia manu et sine ordine ab anno 1110 ad a. 1173; inc. « *(A. d.) millesimo centesimo triesimo* (sic) *quinto decima klds. nouembris florentini superauerunt castelum q. uocatur monteboni* » f. 91 v. — Insertum est initium carminis lingua vulgari; inc. « *In nomine patris* (etc.) *nelia telia in ripa de mari* ».

773. Membr. in 12, saec. X, fol. 57.

Leges Ripuariae f. 1.

Capitularia (a. 803) inscripta: « Noua legis constitutio KAROLI imperatoris qua (sic) in lege ribuaria mittenda est » f. 48: — « Capita quae in lege salica mittenda sunt » f. 51: — « Iussio imperatoris », fine carens, f. 55 v.

774. Membr. in 8, saec. XIV, fol. 58.

« Liber statutorum et legum Venetorum illustris IACOBI TEUPULI incliti ducis Venec. ».

775. Chart. praeter folia aliquot membr. in 8, saec. XVI, fol. *a-k* 363.

Tabula cod. ord. alphabetico f. *a-i*.

« Insignia ornatiss. (etc.) quondam Ioannis Obernburgensis praestantis imp. Consil. et Secretarii XXXVII . . . » f. *k* v.

Collectio formularum Cancellariae Imperialis inscripta: « Bullae aureae imperiales, - Privilegia calcographorum (citantur Ioannes Soter, Valerius Curio, Petrus Apianus, alii), - Regalia, - Litterae *vidimus*, - Instrumenta et documenta, - Missivae » etc. Insunt: Alberti archiep. Maguntini, « Bertholdi iudicis » imp., Blancae Mariae reginae romanorum 1495, Brunonis ep. Spirensis, Caroli V, Clementis VII ad Carolum V imp.: « *Digna consideratione* », Conradi (?), « Erasmi » Roterod., Eugenii (pp. IV) ad Palaeologum: « *Laetentur coeli* », Friderici imp. a. 1484, Georgii Comitis palatini, Georgii « Lubucen. et Ratzenburgen. » episcopi, Georgii Marchionis Brandeburgen. 1548, « Hartmanni Mauri doctoris imperialis », Henrici imp. a. 1019, Henrici III a. 1090, « Ioannis Schonraid » sedis apost. protonot., Iuliani card. s. Sabinae, Karoli II imp. rom., Maximiliani imp., « Protestatio cesaree maiestatis (Carol. V) coram Papa et Cardinalibus publice facta contra regem Franciae » (typis impress. saec. XVI), « Raymundi card. S. M. Novae », « Rudigeri Nemetensis episcopi », Sigismundi imp., Wenceslai regis rom., « Wolgangi comitis a Montfort ». Nonnulla typis impressa saec. XV f. 88, 243 (in membr.).

776. Chart. praeter folia aliquot membr. in 8, saec. XVI, fol. *a* 290.

Tabula cod. f. 1.

Collectio inscripta: « Formulae et regulae Cancellariae Imperialis 1552: Inhibitiones, - Compulsoriales, - Ad aedendum acta, - Commissiones, - Executoriales, - Mandata poenalia, - Promotoriales, - Literae indulti et compassus, - Literae sentenciarum, - Literae armorum quadripartitorum (sic in omnibus) » etc. Nonnulla Maximiliani imp. Fere omnia Caroli V.

777. Chart. in 4, saec. XV, fol. 226.

« Decisiones de conciliis Rote dominorum sacri palacii causarum auditorum per venerabilem virum dnm. Egidium Bellemere utriusque iuris doctorem eiusdem palacii Auditorem de anno septuagesimo quarto et citra de annis septuagesimo quinto et septuagesimo septimo » (et septuagesimo octavo v. f. 190 v.) f. 1.

« Iohannis de Leuania de Ruremunde tabula siue summarium Conclusionum seu decisionum Reuerendi patris dni. G. (l. Egidii) de Bellemere tunc apostolici palacii causarum auditoris postea Epi. Auinionensis iuxta Rubricas decreti compilata ».

*778. Iam desiderabatur a. 1798. In vetere « Inventario » Pal. Vat. describitur his verbis: « *Leopoldi de Bebenburg. de potestate et iurisdictione Electorum s. Imperi in electione Regis* (; inc.) Reu^mo in Xpo. Patri (f.) 2. — *E. insignia et dignitates* (; inc.) Ex chronica monasterii (f.) 4. — *E. tractatus de origine ac initiis Regni Francorum et de translatione Imperii Romanor. de Graecis Imperatoribus ad Reges Francorum in personam Caroli Magni* (; inc.) Legitur itaque in (f.) 7. — *E. tractatus prooemium* (; inc.) De sacri Regni (f.) 7. — *Caroli IV imp. bulla aurea* (; inc.) In nomine sanctae et (f.) 107. — *E. Bullae rubrica* (; inc.) Qualis esse debeat (f.) 106. — *E. Imperatoris leges promulgatae in Curia Metensi* (; inc.) Infrascriptae leges (f.) 132. — *Landulphi de Columna Canonici Carnotensis opusculum de imperii translatione* (; inc.) Multae uenerationis (f.) 160. — *Frederici II diploma ad fauorem Principum ecclesiasticorum* (; inc.) In nomine sanctae (f.) 176. — *Antiq. mod. ex papyr. in 4 car. sc. 178* ».

779. Chart. in 4, saec. XV, fol. 98.

« Remissorium (i. e. repertorium) aureum iuris » (titulus manu recenti) ordine alphabetico, fine carens; inc. « *A aliquando excludit aliquando includit ut notat archid(iaconus)* » f. 1.

« Tituli legum secundum ordinem alphabeti » f. 73.

Interpretatio vocabulorum quibus designantur singulae partes corporis iuris canonici et civilis; inc. « *Nota ecclesiastica constitutio quando dicitur canon quando decretum* » etc. f. 83.

« Inicia liberorum (sic) » (i. e. tractatuum de iure canonico); inc. « *Apparatus Innocencii incipit Legitur in ezechaele* (sic) - *Abbatis* (i. e. apparatus Nicolai de Tudesco) *Gregorius interpretatur vigilans* » f. 83 v.

Medicinalia; inc. « *Si crus est inflatum et non vulneratum* » etc. f. 83 v.

« Conclusiones » de iure civili; inc. « *Questio prima. In civitate* » f. 84.

Sermones de tempore; initio desiderantur priores usque ad quinquagesimum; ultimus des. « *inveni amariorem morte mulierem que laqueus venatoris est et sagena corpus eius qui placet deo effugiet eam amen* » f. 85 v. Sequuntur, f. 96, tabula, et f. 96 v. index ordine alphabetico.

Sermo nomine universitatis « lipcensis (sic) »; inc. « *Aue Maria* (etc.) *R^me pater et domine gloriose auribus nostris audivimus et celebri fama vulgatum est* » f. 98.

780. Membr. in f. saec. XIV, fol. 241.

Tractatus plenissimus iuris, libri quatuor, initio et fine mutili; initio folia 8 desiderantur; primus liber des. « *Qualiter autem libelli super salariis concipiantur dicetur I. ut in L. de magistris* ».

781. Membr. in 4, saec. XII vel XIII, fol. 76.

« Summa de edendo que dicitur Olim » (v. f. 41); inc. « *Olim edebat actor et per scripturam et sine scriptura* » f. 1.

Decretum circa disciplinam ecclesiasticam canonicorum ecclesiae sanctorum « Victoris et Iohannis de Monte » f. 40.

Adnotationes de pratis « sancti Paladii » « accensatis » annis 1220, 1225, 1227, manu saec. XIII, f. 40v.

Summa de edendo (eadem quae supra f. 1) f. 41.

Toto codice breves glossae iuridicae in marginibus.

782. Membr. in 8, saec. XIII vel XIV, fol. 60.

« Summa » decretalium; inc. « *Primus liber XVI habet titulos . De symonia - De simonia praemittit quia plurimum sapit hoc naturam peccati* ».

783. Chart. et membr. in 4, saec. XV, fol. 238.

Formularium contractuum et instrumentorum; inc. « *In nomine dni. amen* (etc.) *constitutus honorabilis vir talis* » etc.

784. Membr. in f. scriptus anno 1447, fol. *a* 273.

Adnotatio « Adami van Mecher de Arhelgen » de eius accessu ad « studium erfordense » a. 1436, et ad « studium paduanum » a. 1442 f. *a*.

« Lectura » in ius canonicum « de Iudiciis Continua(ndis) ad totum librum precedentem secundum Goff(ridum) CX »; inc. « *Expeditus preparatoriis iudiciorum ad iudicia veniendum* » f. 1.

« Fratris Thome de Aquino qui edidit 4^{or} libros de fide katholica contra gentiles capitulum XL et XLI^{m} tertii libri », et tertii libri eiusdem operis capita CLVI-CLIX, f. 272.

785. Chart. in 8, scriptus anno 1529, fol. 63.

« Munsteri Nurembergensis in Institutionum (Iustiniani imp.) libros adnotata. Anno 1529 » f. 1.

Carmen « in quemdam Italum »; inc. « *Germanos dicis stolide ebrietate teneri* », manu saeculi XVI, f. 63 membranaceo.

786. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 241.

Azonis summa Codicis Iustiniani imp. f. 1.

Eiusd. summa Institutionum f. 190.

« Materia ad Pandectam secundum Iob (l. Iohannem) »; inc. « *In nomine* (etc.) *Principium omnium rerum est deus* » f. 211 v.

« Materia ad autenticam secundum Iob (l. Iohannem) »; inc. « *Liber iste quem donante dno. lecturi sumus* » f. 224.

« Summa authenticae secundum Io(annem) cum additionibus Acursi » (eadem quae f. 224, aucta tamen et emendata) f. 227.

Toto codice breves glossae in marginibus.

787. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 133.

Azonis summa Codicis Iustiniani imp.; desiderantur liber secundus fere totus, liber tertius, initium libri quarti et finis l. noni, f. 1.

Summa Pandectarum (eadem quae in cod. praec. f. 211 v.), initio carens, f. 92.

« Materia ad autenticam secundum Io(annnem) » (eadem quae in cod. qui supra f. 224) f. 101.

« Azonis summa trium librorum » (i. e. X, XI, XII Codicis Iustiniani imp.) f. 118.

Lectionarii, ut videtur, fragmentum saec. XI, adhibitum in compactione codicis, f. 133.

788. Chart. in f. saec. XV, fol. 299.

« Francisci de Zaberellis repeticio » in decretalem: Perpendimus, cum tabula, f. 1.

Oratio de donatione quadam facta imagini b. Virginis depictae in palatio Domini Paduani; inc. « *In refulgenti deliciarum palatio magnifici et excelsi domini paduani in ruralibus constituti* » etc. f. 15.

« Domini Ludovici Pontani de urbe repeticio facta anno dni. 1432 in ecclesia scti. Eustachii . Aut(hent.) Similiter ad (Cod. lib. VI, tit. 50) legem Falcidiam » f. 17 v.

Petri de Ancharano u. i. doctoris « repetitio » in cap. Possessor male, facta Bononiae a. 1396; inc. « *In repetitione huius regule* » f. 41 v.

« Lectura » in cap. Ut animarum et in § Statuto; inc. « *Ignorancia statuti ignorantem excusat* » f. 52 v.

« Baldi de Perusio lectura » de eod. argumento f. 54.

« Dni. Segnoroli de Homodeis de Mediolano questio » (iuridica); inc. « *Cum inter Gabrielem de Sasso ex una parte* » etc. f. 56 v.

« Ulrici Part » canonici eccl. Ratisbonensis sententia « de litteris Martini papae quas vulgo Karolinam uocant » f. 58.

« Laurentii de Rodulphis trac(ta)tus continens materiam usurarum editus in hoc felici studio florentino anno dni. m . cccc . iiii . dum ipse chatedram (sic) ordinariam legeret » f. 63 v. praemissa, f. 61, tabula.

« Io(annis) An(dreae) questiones disputate posite super regu(lis) iuris » f. 115 v.

Quaestiones de iure canonico; inc. « *Quid sint sponsalia . 2° unde dicantur sponsalia* » f. 118.

De « causarum exercitiis »; inc. « *Cum plures libelli super causarum exerciciis a predecessoribus nostris facti fuerint* » f. 135.

« Io(annis) de Caldarinis tractatus de ecclesiastico interdicto », scr. a. 1461, f. 161.

(Eiusd.?) « de potestate reservantium »; inc. « *Tractaturus subsequenter adnectam materiam de potestate reservancium* » f. 180.

« Baldi (de Perusio) repeticio c. Si pater ex. de testamentis II » f. 191.

« Angeli de Gambignonibus (sic) de Arecio tractatus maleficiorum » f. 201.

Formae iudiciorum criminalium; inc. « *Forma inquisicionis generalis quoad delicta* » f. 202.

789. Chart. in 4, saec. XV vel XVI, fol. 225.

« Lectura » in Digestum; inc. « *Hec rubrica secundum baldum bulgarum* » etc. f. 1.

« Bernhardini de Bustis in secunda parte Rosarii », (i. e. secunda pars Rosarii Sermonum) inserta f. 67 v.-72; continuatur f. 224 v. et f. 219.

De simonia; inc. « *Item hic describitur Symonia que est studiosa voluntas emendi* » etc. f. 223 v.

Versus et adnotationes variae breves de rebus iuridicis; inc. « *Iustus veridicus discretus elequosus* (sic) » f. 224.

790. Chart. in 8, saec. XVI, fol. *a* 170.

« Dictata in nonnullos librorum Pandectarum titulos a Dn. Eguinario Barone Iurecons. clariss. apud Bituriges ordinario, excepta anno salutis 1546 ». Praeit f. *a* index titulorum iuris « in quos dictauit dn. Eguinarius Baro ».

791. Chart. in f. saec. XV, fol. 370.

« Iacobi de Alvarottis » patavini de feudis; « opus completum atque perfectum anno 1438 ». — In calce, f. 334 v. index rerum et f. 369, index verborum ord. alphabetico.

792. Membr. in f. saec. XIV, fol. 303; picturis illustratus.

« Guglielmi Duranti speculum iudiciale ».

793. Chart. in f. saec. XV, fol. 158.

« Guillelmi Duranti speculum iudiciale » f. 14. — Praeeunt, f. 1 (mb.), quaestio de eodem argumento, et f. 2 tabula. Sequitur, f. 158 v. brevis alia tabula. Quaedam, inscitia librarii suo loco omissa, addita f. 156 seqq.

Pagellae aliquot parvi cuiusdam codicis mb. in 12, manu saec. XIII vel XIV, insertae inter f. 23 et 24, 27 et 28, nullo numero signatae, continent librum (s. Bernardi claraevallensis) « de precepto et dispensatione ». Sequuntur alia de eod. arg. imperfecta; inc. « *Dispensatio est iuris relaxatio, ideo dicendum de dispensatione domini pape* ».

794. Chart. in 8, saec. XV, fol. 198.

« Liber qui est excerptus de iure per quemdam Iohannem qui fuit Mersebink in ordine minorum. Et est finitus anno dni. 1409 » f. 1.

Brevis notitia librorum qui fontes continent iuris civ. et can. et vocum quae in iisdem adhibentur; inc. « *Ad agnicionem librorum legalium uel legis et canonis sciendum quod* » etc. f. 66 v.

(Tabula necrologica) « anniuersariorum in capella beate virginis . . . »; inc. « *Primus anniuersarius dni. Iohannis lobdaw feria 3ª* » etc. f. 67 v.

« Expulsiones dyabulorum » et benedictiones; inc. « *Statim cum obsessus uenerit ad ecclesiam* » f. 68.

« Dni. Iohannis Calvani summula breuis edicionis de iis que tempore interdicti prohibuntur (sic) uel conceduntur » f. 84.

De tribus praecipuis officiis sacerdotum; inc. « *Quia sacerdotis officium circa tria principaliter uersatur* » f. 92 v.

Exhortationes morales, metrice; inc. « *Dixi fratres serui dei vos non turbant verba mei || Sed audite propter deum flebilem sermonem meum* » f. 113.

« Iuris auctoritates secundum alphabeti ordinem »; inc. « *(A)ctus extensus ad diuersas personas* » f. 116.

« Casus papales cum Iuris allegacionibus et auctoritatibus »; inc. « *Litterarum falsictores* (sic) - *Primo falsificatores litterarum papalium* » etc. f. 184.

« Casus episcopales cum iuris allegacionibus etc. »; inc. « *Heretici - Primo heretici Iudei et eorum fautores* » f. 186 v.

« Excludendi a communione cum iuris allegacionibus et probacionibus »; inc. « *Primo qui non confitentur suo plebano* » f. 192.

« Ad pocionem faciendam », medicinalia lingua germanica, f. 198 v.

795. Chart. in 4, saec. XVI, fol. *a* 103.

« Henningi a Rod. processus iudiciarius utriusque fori publicatus anno dni. mdxvi° » f. 1. Praeit tabula f. *a*.

« Aenigma »; inc. « *Sunt duo patres familias* » f. 102 v.

796. Membr. in 4, saec. XIII, fol. *a-b* 117.

« Mag. . . . (nomen erasum) de Drofeda summa aurea continens artem aduocandi, respondendi et conponendi consulendi et intelligendi et discernendi et distinguendi verum a falso, Oxonie composita » f. 1.

Bartholomaei Brixiensis summa quaestionum dominicalium et venalium f. 69.

Folia *a*, *b* et 117, adhibita in compactione codicis, fragmenta exhibent glossae de iure civili.

797. Chart. in 4, saec. XV, fol. 266.

« Io(annis) Kal(derini) tractatus de appellacionibus et recusationibus » f. 1.

« Abbatis (i. e. Nicolai de Tudesco) distinctio interdicti » f. 1.

« Io(annis) Kal(derini) tractatus de censura ecclesiastica » f. 11.

« Urbach processus », i. e. tractatus « de omnibus iudiciis et processibus », f. 26.

De diversis generibus poenarum; inc. « *Nota quod sicud* (sic) *lator legis ciuilis diuersa genera penarum infligit sic et lator canonum* » etc. f. 108.

« De materia interesse »; inc. « *Quero quid sit interesse R. Quod est utilitas estimandi lucri* » f. 108 v.

Quaestio « an quis possit cognoscere de iure proprio uel sue ecclesie uel de iniuria propria uel sue ecclesie » etc.; inc. « *Quidam non recognoscunt* » f. 109.

Quaestio « de denuntiatione quadruplici. Et ubi et qui agere non possunt »; inc. « *Quotuplex est denuntiatio R. quod* » etc. f. 109 v.

« De presumptione quadruplici »; inc. « *Presumptio est quadruplex, temeraria* » etc. f. 110.

« De sententie nullitate »; inc. « *Sententia dicitur nulla multis modis* » f. 110 v.

« De feudis »; inc. « *Feudum est beneficium* » etc. f. 111.

« De comodato capite I »; inc. « *Dolus secundum ost(iensem) et ab(batem) est studiosa machinatio* » etc. f. 111 v.

« De institoribus et procuratoribus negociacionum »; inc. « *Institores uel procuratores negociacionum qui sunt dati ad lucrandum* » f. 112.

De « cap. Vestra de locatione et conduc(tione) »; inc. « *Pone quod dominus* » etc. f. 112 v.

« De testamento Raynaldus computatio (sic) », i. e. tractatus in cap. Decretalium: Rainaldus; inc. « *In c. Raynaldus pro intellectu uero* (?) *pone quod tota hereditas* » etc. f. 113 v.

Versus de testamento; inc. « *Donat in extremis raynunctius omnia nate* »; — Item versus de eod. arg; inc. « *Hec tibi sint cure quarta dat ius geniture* » f. 113 v.

« De successione »; inc. « *Lex hereditatem ascendencium primo loco dat descendentibus* » (v. f. 144) f. 113 v.

« De cognacione spirituali »; inc. « *Quid sit cognacio* » etc. f. 114.

« Io(ANNIS) AN(DREAE) summa super quarto » (decretalium libro) f. 115 v.

« Processus iudiciarius Antequam »; inc. « *Antequam dicatur de processu iudicii* » f. 120.

« Repeticio capitis: Debitores de iure iurando »; inc. « *Reuerendi patres et domini mei premissa invocacione domini* » etc. f. 124.

« Mgri. MATHEI DE CRACOVIA tractatus de communione » f. 129.

« De proprietatibus personarum in diuinis »; inc. « *Iuxta sanctorum tradicionem* » f. 138 v.

Adnotationes breves de novem filiabus diaboli, de undecim abusionibus saeculi et de septem gradibus humilitatis f. 140 v.

Tractatus in Decretalium caput: Omnis, tit. de peccatis et remissione; inc. « *Circa c. omnis de pe. et re. nota quod peccatum actuale est quod* » etc. f. 140 v.

« De sortilegiis »; inc. « *Queritur utrum carminatores* » etc. f. 142.

« Notata circa officium misse »; inc. « *Nota sacerdos volens digne celebrare* » f. 144.

« Item informaciones q̄. Breyt. (sic) » (idem tractatus qui supra f. 113 v. de successione) f. 144.

« De symoniace religionem intrantibus »; inc. « *Nota cyrillus patriarcha venerabilis et sanctus* » f. 144 v.

Adnotationes de passione d. n. I. Christi f. 145.

« De orationibus seruandis »; inc. « *In c. De hiis di(stinctione) XII dicitur et cauetur quod clericus tenetur diuinum officium seruare* » f. 145.

Fr. « NICOLAI DE MESSIATO » ord. praedic. summa decretalium ordine alphabetico, cum tabula, f. 146.

798. Chart. praeter f. 125-130 membr. in f. saec. XIV. fol. 142.

« PETRI IACOBI summa libellorum », cum tabula, f. 1.

« Mag. NYCOLAI DE MONTE ALBANO libellus fugitivus » f. 104. Sequitur tabula f. 137.

Adnotationes et glossae de argumentis quibus supra, ordine alphabetico, manu saec. XIV vel XV, f. 104, 124-130.

Exempla varia formularum libellorum, etiam lingua germanica.

Insunt f. 137: « Ordinacio dni. Benedicti XII edita super taxationem procuratorum prelatorum »: f. 138 Eiusdem « de decimis » ad archiepisc. rothomagensem: f. 138 v. Urbani (V) « preposito sci. Mauricii et scolastico ac cantori sci. Stephani ecclar. mogunt. », dat. Viterbii kl. Iulii a. 7.

799. Chart. in f. saec. XV, fol. 307; picturis illustratus.

« Dni. Iohannis Petri de Ferariis (sic) practica ». Sequitur, f. 249, index alphabeticus. Ordo foliorum perturbatus in codice, restituendus: f. 1-98, 259-278, 99-258, 279-307.

800-801. Chartacei in 4, saec. XV.

(Iacobi) Gentilis (Brixiensis) repertorium iuris, ordine litterarum digestum:

800. fol. 385. — A littera A usque ad l. K.
801. fol. 343. — A litt. L ad finem.

802. Chart. in 4, saec. XV, fol. 226.

Repertorium iuris, ord. alph.; inc. « *(A)aliquando excludit aliquando includit* » etc. scr. a. 1410, f. 1.

« Registrum iuris canonice (sic) », i. e. repertorium, ordine alphabetico; inc. « *(A)eterna celestis memoria* » f. 107.

Quaestio « de reemptionibus »; inc. « *Cum per multos vertatur in dubium utrum reemptiones sint licite* » f. 189.

« Iohannis de Deo Hispani summa de dispensacionibus universis » f. 196.

« Eiusd. summa super formandis sentenciis » f. 203.

« Tituli (digesti) et veteris et noui et inforciati » f. 205. — « Tituli codicum » f. 207 v. — « Rubrice institucionum » f. 212 v. — « Rubrice autenticorum » f. 213. — « Tituli libri feudorum » f. 214. — Recensio librorum totius iuris civilis f. 214 v.

« Ioh(annis) Andreae summa brevissima super quarto libro decretalium » (titulus ex praefatione) f. 215.

Quaestio iuridica de quodam contractu mutui; inc. « *Prepositus et conuentus cuiusdam monasterii canonicorum regularium receperunt ad mutuum a quodam milite decem milia flor.* » f. 223.

« Questio super eo quod contractus reemptionis iure (licitus sit) »; inc. « *Queritur utrum redditus vendere emere et habere sub spe et titulo reempcionis* » etc. f. 224.

Quaestiones utrum contractus quidam initi a fratribus non mendicantibus sint liciti, et responsa plurium doctorum utriusque iuris, inter quos Fr. cardinalis Florentinus, P. cardinalis Cameracensis, Ioannes de « Ger-

sono » cancellarius parisiensis, Ioannes « de Forberg » decretor. doctor, Ioannes de « Nouo Lapide » legum doctor, Ioannes « de Ceru... » leg. doctor, « Theodoricus de Monasterio » sacrae theol. professor, Iacobus de Susato ord. praed., « Nycolaus de Spira » ord. carmelitar., Ioannes « Baw » leg. doctor, « Ardicinus de Nonario », « Nycolaus Bordis » utr. iuris doctor, « Heinricus de Stick(er?) » f. 225.

803. Chart. in 4, saec. XV, fol. 313.

« Reportorium (sic) » iuris canonici, ordine alphabetico; inc. « *Absenti queritur actio ex contractu per patrem celebrato* »:

804-805. Chartacei in 4, saec. XV.

« Tabula doctorum », i. e. repertorium universale iuridicum, theologicum, morale, ord. alphabetico; inc. « *(A)aron quod iubet aaron* »:

804. fol. 339 (pagg. 678). — A littera A usque ad litt. I.
805. fol. 250. — A litt. L ad finem.

806 et 808-813. Chartacei in 4, saec. XV.

« Repertorium » universale iuridicum, theologicum, morale, ordine alphabetico; desunt litterae C, D. Praefatio inc. « *Inter multa preclara atque saluataria* (sic) *infirmitatis nostre remedia* » etc. In numerandis codicibus ordo turbatus ita restituendus:

806. fol. 126. — Litterae A-B.
810. fol. 186. — Litt. E-G.
808. fol. 129. — Litt. H-K.
811. fol. 190. — Litt. L-O.
812. fol. 195. — Litt. P-Q.
809. fol. 163. — Litt. R-S; codex fine caret.
813. fol. 121. — Litt. T-Z.

807. Chart. in 4, saec. XV, fol. 293.

Repertorium iuris, ord. alphabetico; praef. inc. « *Quia omnium liberorum* (sic) *habere memoriam et in nullo penitus errare pocius est diuinum quam humanum* » f. 1.

« Conclusiones » sexti libri decretalium; inc. « *(L)icet romanus - Prima conclusio. Constitucio generalis a principe edita reuocat precedentem generalem* » f. 101.

808-813. Vide codicem 806.

814. Membr. in f. saec. IX vel X, fol. 145.

« Iosepphi historiographi incipit liber antiquitatis feliciter », i. e. antiquitatum iudaicarum libri XII priores, sine praefatione, ex versione Rufino vulgo tributa. Singulis praemittitur tabula capitulorum (capitula primi libri manu saec. XV). Folio 46, in calce libri IV desinentis in verba: « *nequaquam cum eis pugnare debeatis* », adscriptum: « hic aliqua praetermissa sunt », eadem manu qua totus codex. Liber IX lacuna interruptus est, cuius indicium librarius fecit relictis vacuis columnis duabus cum dimidia; desiderantur: finis primi capituli, capp. 2–4 et initium quinti.

Duo disticha de libro reddendo s. Nazario (in Laurissa) f. 145 v.

815. Membr. miscellaneus in 4, saec. XV, fol. *a* 360.

Tabula codicis f. *a*.

« Iosephi historiarum antiquitatis iudaice » libri XX, scr. a. 1439, f. 1.

« Eiusd. de bello iudaico » libri VII, scr. a. 1414, f. 244.

« Eiusd. de uetustate Iudeorum » libri II, f. 337 v.

816. Chart. in f. scriptus anno 1447, fol. 92.

« Flavii Iosephi de bello iudaico » libri VII, f. 1.

« Ex Iosepho de antiquitate iudaica ex XVIII capitolo (sic) », breve excerptum de Iesu Christo, f. 92 v.

817. Membr. in f. saec. XV, fol. 173; picturis illustratus.

« Eusebii (et) Hieronimi cronica cum superadditis Prosperi » (Hieronymus inc. f. 72 v. Prosper f. 74 v.) f. 1.

« Mathei (sic) Palmerii florentini de temporibus ad Petrum Cosmae filium Medicem », i. e. chronicon a nat. Christi ad a. « 1447 » (sic, l. 1448) f. 79.

818. Membr. in f. saec. XV, fol. 104.

« Eusebii (et) Hieronymi cronica cum superadditis Prosperi » (Hier. inc. f. 75 v. Prosper f. 79) f. 1. — « Item quae ex chronica Marcellini defloravimus » f. 83. — Sequitur, f. 90 v. « Collectio omnium annorum istius chronici ».

Hieronymi de viris illustribus, praemissa, f. 91, tabula, f. 92.

Initium paginae chronici Marcellini a librario minime continuatae et reiectae, f. 104.

819. Membr. in f. saec. XV, fol. 95; picturis illustratus.

« Matthei Palmerii florentini de temporibus ad Petrum Cosme filium Medicem », chronicon a nat. Christi ad a. 1448.

820. Membr. in 4, saec. XV, fol. 162; picturis illustratus.

« Mathey Palmery (sic) florentini de temporibus ad Petrum Cosmae filium medicem » (idem opus qui supra in codd. 817, 819) f. 1.

« Eusebii (et) Hieronomi (sic) presbyteri chronica », a Prospero continuata (Hieronymus inc. f. 156, Prosper f. 159), f. 81.

821. Membr. in 4, saec. XV, fol. 153.

Eusebii et Hieronymi chronicon, a Prospero continuatum.

822. Membr. in 4, saec. IX, fol. 175.

Eusebii Caesariensis historiae ecclesiasticae libri IX. Praeit « prologus Rufini in libro historiarum Eusebii quem de greco transtulit in latinum ». Sequuntur libri X et XI auctore Rufino. Singulis libris praemissa est tabula capitulorum.

823. Membr. in 4, saec. IX vel X, fol. 158.

Cassiodorii historia ecclesiastica tripartita. Ordo foliorum turbatus restituendus: 1, 2, 11-158, 4-10. Codex initio et fine mutilus, incipit a cap. 9 libri I et clauditur cap. 13 libri VIII. Item deest folium quartum.

824. Membr. in 4, saec. X, fol. 168.

« Cassiodori senatoris servi dei historiae ecclesiasticae ex Socrate, Sozomeno et Theodorito in unum collectae et nuper de greco in latinum translatae libri numero XII » f. 1.

B(ernardi) claraevallensis abbatis epistola ad Eugenium pp. (III), alia manu saec. XII, fine carens; inc. « *Auditum est in terra nostra* » f. 168 v.

825. Membr. in 4, saec. X vel XI, fol. 28.

« Sulpitii Severi chronica ab exordio mundi usque ad tempus suum ».

826. Membr. in 4, saec. XI, fol. *a-d* 159.

Anastasii Bibliothecarii historia ecclesiastica tripartita f. 1. Foliis *a-d* chartaceis praefatio iterum, manu saec. XVI.

« Incipit de nomina septem gradora quomodo nominatur (sic in omnibus) apud grecos et latinos »; inc. « *Primicerius id est prima manus* » f. 154 v.

« Collectio annorum ut subinfertur » (ab Adam usque ad Basilium I); inc. « *Adam annos CCXXX. - Set annos CCV* » f. 155. — In margine

adnotatio de urbe Hierusalem capta a. 1099 « a Xpianis . Godefrido duce exercitum regente: », manu saec. XII.

« Quotquot regnaverunt in decem tribubus Isrls. ab annis Roboam . filii Salomonis Regis Iuda in Samaria usque ad transmigrationem . decem tribuum in Assyrios . sub Ezechia regis Iuda (sic in omnibus) »; inc. « *Hieroboam seruus Salomonis qui unctus est ab achia propheta* » f. 156 v.

« Et quotquot summi sacerdotes fuerunt in Isrl. »; inc. « *I Aaron septimus* » f. 157.

« Qui fuerunt patriarchae in Hirlm. a Xpo. »; ultimus: « LIII Petrus qui Iustino (aug.) annos XX »; inc. « *I Iacobus frater domini annos prefuit XXVI .* » f. 158.

Indiculus patriarcharum Alexandriae; desunt titulus et initium; inc. « *Usque ad hunc ex paganis imperatores et persecutores* (sic) *et qui post magnum Constantinum imperatorem - XVIII Achillas anno I* » f. 158 v.

« Et qui fuerunt episcopi Antiochiae a Xpo. et apostolis »; inc. « *I Petrus apostolus* »; des. « *LXII Anastasius alius annos VIIII* » f. 158 v.

« Et que sunt apocrifa (sic) Veteris (i. e. Testamenti) »; inc. « *I Enoch versus* $\overline{I}$ *V* »; — « Et que Novi sunt apocrifa »; inc. « *I itinerarium Pauli versus* $\overline{III}$ *DC* »; pagina des. « *III Itinerarium Ioannis vs.* $\overline{I}$ *DC* » f. 159.

« Haec (sic) sunt libri diuinae scripture quae (sic) recipiuntur ab ecclesia et kanonizantur harumque versuum numerus ut subicitur »; inc. « *I Genesi versus IIII cccti* » f. 159.

827. Membr. in f. saec. XIII vel XIV, fol. 98.

« Pauli Horosii presbiteri ad Augustinum episcopum hystoriarum contra accusatores temporum christianorum » libri VII. — Praeit breve elogium Horosii; inc. « *Horosius presbiter hyspaneus uir eloquentissimus* » f. 1.

Eiusdem operis pagina imperfecta a librario reiecta f. 98.

828. Membr. praeter f. *a-b* et 175-188 chart. miscellaneus in 4, saec. XI, XIV et XV, fol. *a-b* 188.

« Registrum Cronice Horosii » ord. alphabetico, manu saec. XV, f. *a*.

Ioannis de s. Amando opus de re medica, manu saec. XIV, f. 1.

« Fris. Rogerii Bacun (i. e. Baconis) anglici perspectiua », scr. a. 1349, f. 49.

« Radolfi Bertonis questiones », manu saec. XIV, f. 67.

« Argumenta in libros Horosii contra paganos metrice, manu saec. XIV; inc. « *Hic mala narrantur hominis miseri quoque casus* » f. 89.

« Pauli Horosii contra paganos libri VII », manu saec. circ. XI, f. 89 v.

Epistolae sub falso Sulpicii Severi nomine evulgatae, inscriptae: « Seueri epistola ad scm. Paulinum » episcopum; inc. « *Postquam omnes coquos* »: — « Incipit epistola »; inc. « *Sacrae religionis fidus interpres* » f. 171: — « Alia »; inc. « *Licet domnus et germanus meus* »: — « Ad Saluium »; inc. « *Forensis elatio* » f. 171 v. — Alius epistolae, ut videtur, initium, sine titulo, praecedenti subnexum; inc. « *Animorum* »; des. « *praesentia visitentur* » f. 172. Omnia eadem manu quae supra f. 89 v.

« Hi sunt libri quos Bernardus proprio sumptu conscribi fecit », pro bibliotheca facile s. Martini Maguntiae; inc. « *Ysagoge . Cathegoriae . Periermenias* (sic) . *Topica* » etc. manu saec. circ. XI, f. 172 v.

